ſed non poteſt dicere ꝙ alius ſibi reuelauerit
niſi ille extra confeſſionem ſibi dixiſſet.
¶ Utrum ſciens per confeſſionem aliquem 10
excommunicatum teneatur eum vitare. R.ſm
Ri.vbi.ſ.ꝙ non. etiam in ſecreto . Et ad.c.
cum non ab homine de ſen.ex. quod videtur
dicere contrarium.reſpondet ꝙ intelligit qn̄
ſcit per aliam viam in ſecreto qꝫ per confeſſi
onem.Sco.tamen vbi.ſ.tenet quod ꝺbet eū
vitare ſi poteſt ſine proditione eius excomu
nicationis.Si vero hoc non poteſt facere qn
cum prodat.non tenetur. immo tenetur non
vitare.quia fortiori vinculo ligatur ad celan
dum.ſ.per legem nature diuinā ⁊ eccleſiaſti
cam qꝫ ad vitandum excomminicatum .

11 ¶ Quid ſi ſacerdos ſciat ꝑ confeſſionē ꝙ aliqs dormiuit cū muliere i eccl'ia. R. ꝙ h̄ ñ pōt reuelare ep̄o niſi i gener̄. dicēdo talis eccl'ia ē polluta ⁊ idiget recōciliatiōe. ar. c. ſignificaſti ꝺ adul. ⁊. c. ſi ſacerdos. ꝺ. offi. oꝛ. Et h̄ tutius ē lȝ quidā teneāt ꝙ nec ēt i genere debeat reuelare. Quod veꝝ credo qñ eſt omnino occultū, qꝛ ſic non indiget reconciliatione.

12 ¶ Vtꝝ abbas vel alius ꝑlat⁹ poſſit amouere ſubditū ab aliquo officio ꝓpt̄ delictū qꝺ ſcit i confeſſione. R. ſ̄ʒ Ri. ⁊ Sco. vbi. ſ̄. ꝙ nō. ēt ſi ſcit eū male vti tali officio: niſi quādo hoc facere poſſet ſine ſuſpitione petentis. ⁊ alteri⁹ cuiuſcūqȝ ꝙ eum āmoueat ꝓpt̄ confeſſionē quia tunc poſſet. Sed ego credo iſtud veruȝ niſi quando talis ſubdit⁹ ꝯfiteret̄ peccatū a quo non vult deſiſtere. ⁊ qꝺ vergit i periculū alioꝝ. qꝛ tunc credo poſſit eū officio pꝛiuare quando ad libitum ipſius ſpectat amouere vel confirmare. vt. ſ̄. §. vij.

13 ¶ Quid ꝺ p̄ſbytero qui ſcit in confeſſione ipē dimētuȝ i matrimonio cōtrahendo: vl' ꝺcan⁹ in ꝓmouendo ⁊ ꝑ eū pꝛeſētādo. R. ꝙ ſecrete debet eos monere vt deſiſtāt. ꝙ ſi contrahūt benedicat nuptias. ſi petit ꝙ pꝛeſentet ordinādo. p̄ñtet quādo aliter facere non pōt ſine manifeſtatione cōfeſſionis. facit qꝺ no. glo. ⁊ doc in. c. vnico. de ſeru. i oꝛ. fa. Ratio qꝛ etiaȝ ſi diceret. non ſibi crederetur niſi quatenus poſſet ꝓbare. ⁊ ſic fruſtra faceret.

14 ¶ Quid eſt ꝙ cadit ſub ſigillo confeſſionis R. ꝙ directe ſe extēdit ad oīa que cadunt ſub ſacramentali cōfeſſione. vt ſunt peccata. Indirecte v̄o cadūt oīa illa ꝑ que depꝛehēdi poteſt peccatū vl' peccatoꝛ. Vnde ſ̄ʒ Ri. vbi. ſ̄. quicquid ꝑ ſe vel per accidēs directe vel indirecte poſſet verecundiā: vl' confuſionē vl' malā ſuſpitionē. vl' aliqꝺ aliud nocumētum generare penitenti ex pct̄ō ꝯfeſſo. cadit ſub iſto ſigillo. Vnde locus ⁊ tēpus ⁊ ſimilia ex q̄bus pōt deueniri in notitiā peccati cōfeſſi. nō ſimplicit̄ ſȝ ſub relatiōe ad perſonā que ip̄ʒ ē ꝯfeſſa cadit ſub iſto ſigillo. ⁊ durat ēt p⁹ mortē penitentis. ſ̄m Sco. vbi. ſ̄. Vñ eſt pꝛeceptū negatiuū qꝺ obligat etiam ad ſemper.

15 ¶ Vtꝝ ille cui confeſſoꝛ reuelauit ꝯfeſſionē teneatur celar̄ qꝺ ſibi reuelauit. R. ſ̄ʒ Ri. vbi ſ̄. ꝙ ſic. imo pꝛelato ſibi p̄cipiēti ꝙ reuelet nō tenetur. nec dȝ obedire. qꝛ talis ꝯfeſſoꝛ qui ſibi reuelauit ꝺdit ꝺ facto ſibi poteſtatē loquēdi. nō ꝺ iure. ⁊ iō nullo mō lȝ ei reuelare.

¶ Quid de illo q̄ audiuit a ꝓpoſito aut a caſu ꝯfeſſionē quā quis facit confeſſoꝛi. R. Ri. vbi. ſ̄. ꝙ tenet̄ celare de iure nature ⁊ diuino ⁊ iō nullo mō poterit ſine peccato moꝛtali reuelare ſine cōſenſu expꝛeſſo penitentis. Et addit Sco. vbi. ſ̄. ꝙ qui doloſe ⁊ iſidioſe audiuit que quis confitet̄ peccat moꝛtaliter. 16

¶ Vtꝝ perſona cuȝ qua quis peccauit cadat ſub ſigillo confeſſionis. R. Ri. vbi. ſ̄. ꝙ ſic ſiue penitēs potuerit ſuū peccatum cōfiteri ſine expꝛeſſione illius perſone: ſiue non. 17

¶ Vtrum penitens teneatur celare penitentiā ſibi a cōfeſſoꝛe iniunctā. R. ſ̄ʒ Ri. vbi. ſ̄. ꝙ ſi penitēs i manifeſtādo qꝺ ſibi a confeſſoꝛe ē iiunctū faceret pꝛeiudiciū fame ꝓpꝛie abſqȝ vlla vtilitate aut confeſſoꝛi. qꝛ ſi foꝛte ſciret̄ quod ſibi iniūxit incurreret odiuȝ aliquoꝝ. ⁊ h̄mōi tūc tenet̄ celar̄. Si v̄o nec fame ꝓpꝛie reſultat pꝛeiudicium nec ſacerdoti. tunc pōt reuelare ſi vult. 18

¶ Que ē pena reuelantis cōfeſſionē. R. ꝙ vltra peccatū moꝛtale debet detrudi i arto monaſterio ⁊ deponi vt in. c. oīs. de pe. ⁊ re. 19

¶ Sed nūquid laicus reuelans confeſſionē ſibi factā ſit detrudendus in arto monaſterio. R. Pa. in. d. c. omnis ꝙ ſic. 20

¶ Cui icūbit ꝓbatio ꝙ talis r̄uelauit ꝯfeſſionē. R. Pa. i. d. c oīs. ꝙ ſi ꝯfeſſoꝛ ꝯfitea t̄ ſe dixiſſe tale pctm̄. ſȝ negat ſe habuiſſe illud i ꝯfeſſione niſi ꝓbet ſe aliūde habuiſſe qȝ ꝑ ꝯfeſſionē p̄ſumet̄ ꝯ eū. ſ. ꝙ i ꝯfeſſiōe habuit. ar. vi. q. ij. placuit ñ tñ puniet̄ pena oꝛdinaria. d. c. oīs ſȝ pena arbitraria. qꝛ ñ aperte conuincitur. 21

¶ Vtꝝ eadē ſit rō de ſigillo ꝯfeſſionis ⁊ ſigillo ſecreti. R. ꝙ lȝ ſigillū ſecreti ⁊ ſigillū ꝯfeſſionis ſe hāt ſ̄ʒ iferi⁹ ⁊ ſupi⁹. qꝛ oē ſigillū ꝯfeſſionis ē ſigillū ſecreti ⁊ ñ ecōtrario. tñ ñ ē eadē rō ꝺ vno ſic ꝺ alio. Veꝝ ē ꝙ peccat moꝛtal'r frāgēs qꝺlibȝ iſtoꝝ ſigilloꝝ. Vñ ſ̄ʒ Sco. vbi. ſ̄. ꝙ ſiue ille q̄ alicui aliq̄ dic̄ expꝛimat ꝙ ea dic̄ ſibi ſub ſigillo ſecreti. ſiue. ñ. tenet̄ celare. dūmō itelligat ꝙ ſub ſecreto ei dic̄. ⁊ addit Ri. vbi. ſ̄. q̄ i h̄ ꝯcoꝛ. ꝙ ſi r̄uelat crimē ꝓditiōis icurrit. Limita tñ ſ̄ʒ. S. Bo. ea. di. veꝝ ꝙ nl'lo mō lȝ r̄uelare ſigillū ſecreti niſi i. ij. caſib⁹. Prim⁹ qñ v̄itas id exigit. puta qꝛ v̄git i ꝑiculū alioꝝ. Secūd⁹ qñ obediētia cogit ad reuelādū. Vñ ꝯ iſta duo ⁊ iuramētū ⁊ ꝓmiſſio ñ valēt. Vñ dic̄ pa. i. d. c. oīs ꝙ ſi tal' aſſumit̄ i teſtē tenet̄ reuelar̄. q̄uis ſub ſigillo ſecreti ſit ei dictū: ñ tñ tenet̄ denūciar̄. qꝛ aliud ē teſtimoniū dicē ali- 22

ud denūciare.nā denūciare ñ tenet qs qđ pro
bare ñ pt.vi.q.ij.placuit.ij.q.i.ſi peccauerit.ij
q.vij.pl'iqʒ. Hen.tñ de gā.ix.quol'.dić ꝙ ſub
dit⁹ q recipit aliqd ab alio i ſecreto ñ ꝟgēs i
dānū cuiuſcꝙ̄ ñ tenet reuelare ēt plato ꝑcipiē
ti vt reuelet.Et ſm ħ limito.S.Bo.vt itelli⸗
gat teneri ex obediētia qñ plat⁹ vult ſcire qđ
pt cedere i dtrimētū religiōis.aut alteri⁹.al's
non.Sigillū vero confeſſionis nullo modo li
cet reuelare niſi ſm ꝙ.ſ.dictum eſt.
25 ¶ Vtꝝ ꝯfeſſor dicēs aliquē ſibi ꝯfeſſū de pec
catꝫ ſuis ſit ꝛuelator ꝯfeſſiōis.R.ſʒ Ri.vbi.ſ
ꝙ ñ qꝛ nihil occl'tū māifeſtat.ſʒ ſolū māifeſtū
qđ ſcit ex̄ ꝯfeſſiōʒ.qꝛ ſi dixerim⁹ ꝙ pctm̄ ñ ha
bem⁹ ipi nos ſeducim⁹ ⁊c̄.i.Jo.i.Si ꝟo dice
ret ꝙ ē ſibi ꝯfeſſus đ magnis crib⁹ ⁊ ml'tꝫ.bñ
eēt reuelator ꝯfeſſiōis.Quidā ēt dicūt ꝙ di
cere talia ꝟba.ſ.ħ pctm̄ audiui in cōfeſſiōe ꝙ
ē pctm̄ mortale ⁊ ſatis ad ħ vr̄ facere tex.d.c.
ōis.ſed ego hoc nō credo. Et ē veri⁹ ſʒ Sco.
vbi.ſ.niſi ꝑ tale deueniat i noticiā perſone q̄
eū cōmiſit. Periculoſum tñ eſt talia dicere.

# Confirmatio electorū an ſit đ neceſſitate pe

tenda.R.ꝙ ſic đ iure cōi ita ꝙ elect⁹ ad
regimē cuiuſcūqʒ eccl'e aut religiōis.ſi ad mi
niſtratōi dignitatis ſe igeſſerit añ ꝯfirmatōʒ
ſiue tāqʒ plat⁹ vel ꝓcurator.aut iconom⁹.aut
alio nouo q̄ſito colore i ſpūalib⁹ aut tpalib⁹
ꝑ ſe.vel aliū i totū.vel i pte añ ꝯfirmatōʒ ipo
fcō ꝓuat oi iure qđ ꝑ electōʒ in ipa dignitate
hēbat.c.auaritie.đ elec.li.vi.Fallit ħ i caſu qñ
abbatiſſa electa a maiori pte.ñ tñ a duab⁹ pti
b⁹ ipugnat ne ꝯfirmet.qꝛ iterum pt admiſtra
re.c.idēnitatib⁹.§.ſi ꝟo de elec.li.vi.Itē fal⸗
lit qñ ꝯfirmatio a papa ē petēda.⁊ elect⁹ ē val
de remot⁹.vʒ vltra italiā.tc̄ bñ pt admiſtrat
i tpalib⁹ ⁊ ſpūalib⁹ añ ꝯfirmatōʒ.Excepto ꝙ
nullā alienatōʒ facere pt.vt i.c.nihil.de elect.
Qđ vex credo qñ nō ē in mora petende ꝯfir
matōis.al's hēbit locū pena.d.c.auaritie. Et
qđ dicit tex.de vltramōtano.credo hēat locū
i citramōtano.qñ curia eēt vltramōtes. vt te
net Mo.⁊ Jo.an.i.d.c.nihil. ⁊ Gul.i.d.c.aua
ritie.Secus eēt ſi hēret ꝑ ꝓuilegiū vt nos fra
tres minores q habemus ꝙ electus generalis
noſter ſtatim poteſt adminiſtrare.
1 ¶ Vtꝝ p̄fata hēant locū in epo.R. Ge.in.d.
c.auaritie.ſm Jo.an.ꝙ ſic.Ex quo nota ꝙ cō
ſtitutio penalis emanās ad coadiuuatōʒ vel
executionē iuris antiq interp̄tat late ut inclu

dat cōtenta in iure antiq̊. al's nō hēret locū i
epo.qꝛ appellatōe dignitatis nō cōprehendit
epalis.vt dicit glo.in.c.ij.de preben.li.vi. Sʒ
hic ſic.qꝛ in iure antiquo includebat epus. vt
in.c.noſti.⁊.c.qualiter.de elec.
¶ Vtꝝ hēat locū p̄fata pēa i ipatore.R.Mu. 2
⁊ Jo.i.c.legim⁹.xciij.di.ꝙ ñ.⁊ vt tʒ gl.i cle.vni
ca.đ iurciur.i ꝟ.reges romanos.pt admiſtra
re ⁊ oēʒ iuriſditōʒ exercet iperij q̄ʒuis Pau.
ibidē teneat ꝯ̄rium.Sed placet mihi opi.glo.
¶ Qñ dʒ peti cōfirmatio.R.ꝙ.i.tres menſes 3
p⁹ p̄ſtitū cōſenſū.aliꝛ legitio ceſſāte ipedimē⸗
to.ſi ñ petat.vl' ab electorib⁹.vl' ab epo electo
vel ab alio ꝓ ipſo.electio ē nulla.c.qꝙ̄ ſit.đ ele.
li.vi.In cathedralibus ꝟo ⁊ regularib⁹ eccle
ſijs quaꝝ confirmatio a papa eſt petenda ſer
ua moderationem.c.cupientes.de elec.li.vi.
¶ A q̊ dʒ peti.ꝯfirmatio.R.ꝙ ſi elect⁹ ē exem 4
pt⁹ dʒ peti a papa.vel ab ei⁹ legato đ latere.ſi
ē aliqs ſuꝑ illa ꝓuincia. vt i.c.ſi abbatē.đ ele.
li.vi.Intellige qñ talis exēpt⁹ ſubeſt imediate
pape.ſec⁹ ſi mediate.vt ſūt ꝓuinciales miſtri
ordinis mioꝝ q q̄ʒuis ſint exēpti. tñ hñt ſuꝑ
ſe gnālē toti⁹ ordiſ a q̊ hñt ꝯfirmari.Tñ Pa.
i.c.i.đ ſup.ne.p̄la.tʒ ꝙ abbates ēt exēpti ſūt ꝑ
epos ꝯfirmādi.Si āt ñ ſūt exempti dñt con⸗
firmari ꝑ ſuos p̄latos imediatos ſuꝑiores vt
puta eps inferiores ſuos.Archieps epos ſuf
fraganeos ſuos.Primas vel p̄riarcha archi
epos nō exēptos. hec colligunt ex.c.cū mona
ſteriū.⁊ ex.c.cuʒ dilect⁹.⁊.c.bone memorie.el
primo.de elec.cum ibi nota.⁊.lxiiij.di.illud.
¶ Quō dʒ fieri cōfirmatio a ſuꝑiore vl' ab eo 5
cui đ iure cōi ſiue ſpāli.puta ꝓuilegio.vl' ꝯſue
tudie p̄ſcripta.ſiue ex delegatōe ꝯfirmatio ꝑ
tinet.R.ꝙ dʒ vocari noiati ſi ē aliqs coelect⁹
ſit cū eo.vel apparet aliqs oppoſitor.al's gnā
lis i eccl'ia i q̄ dʒ talis ꝑeſſe vocatio dʒ fieri.vt
ſi q ſint q ſe velint oppone cōpeāt aſſignato
termio ꝑēptorio.ēt ſi null⁹ aʒ dʒ ipſe ꝯfirma⸗
tor diligent examiare ⁊ electōis ꝓceſſū ⁊ ꝑſo
nā electi.maxie i ſcia ⁊ honeſtate vite ⁊ etate.
qꝛ ſi indignū cōfirmat vel illegitimū mortali
ter peccat. ⁊ ē priuat⁹ ipſo iure a ptāte cōfir⸗
mādi ꝓmū ſucceſſorē illi⁹.⁊ ꝯfirmatio ipſo iu
re ē nulla.qñ nō vocatis q ſūt vocādi ſi ē ali⸗
qs coelectus vl' ali⁹ q velit opponere ꝯ̄ electū
vel electōʒ ⁊ ñ diſcuſſo negotio ſit.hec hñt ex
c.nihil.de elec.⁊.c.ſi.de elec.li.vi.cū ibi no.
¶ Sʒ nūqd ſi elect⁹ admiſtrat p⁹ ꝯfirmatōeʒ 6
nullā cadit in penā.de q̄.ſ.in ꝓn.R.glo.i.d.c.

fi. ꝙ ſi errauit in facto. puta credidit factã vo
catione ⁊ diſcuſſionẽ. ⁊ ſic nõ cadit. ſed excu-
ſatur. ſed ſi errauit in iure nõ excuſat a dicta
pena. de re. iur. ignorantia. li. vi. cum concor.
7 ¶ Utꝝ pfata nullitas ꝯfirmatõis hẽat locũ i
poſtulatõe. ℞. gl. i. d. c. fi. ꝙ ſic i admiſſiõe po-
ſtulatõis q̃ fit a ſupiori q poſtulatũ admittẽ-
do ꝯfirmat. ſecꝰ i poſtulatõe q̃ ẽ i eo ꝙ poſtu-
lat monachꝰ electꝰ a plato ſuo. Silr hʒ locũ i
pñtatõe. vt ille cui fit pñtatio fuet decretalẽ
d. c. fi. Nec ob. ſi dicas ꝙ ꝯſtitutio vr̃ penalis
⁊ ſic extendi nõ d. qꝛ nõʒ ẽ penalis. cũ nõ pri-
uet iure queſito ſed querendo. vide ibi doc.
8 ¶ Utꝝ ſit fundũ qd dictũ ẽ. §. iij. pcedẽti in
oibus bñficijs ⁊ ſimplicibꝰ. ℞. Be. i. d. c. fi. ꝙ
ſic ſiue habeãt curã aiaꝝ. ſiue ñ. qꝛ cũ in oi bñ
ficio requirat examinatio ⁊ cõfirmatio electi
ſeu pñtati ſeu poſtulati. ſm Jo. an. poſt Ho.
i. c. ꝓpoſuit. d ꝯceſ. p. g̃ ſeruanda ſunt pdictã:
9 ¶ Utꝝ in hoſpitali ſilr. ℞. Lap. ſm Be. vbi
ẽ. ꝙ ſic. ſi dat bñficiũ p viã pñtatõis vl electõ
nis. Secꝰ qñ nõ dat in bñficium. qꝛ tũc fit cõ
miſſio non electio. vel collatio. ſeu preſenta-
tio. vt in cle. qꝛ contingit de reli. domi.
10 ¶ Utꝝ prelatus ſupior poſſit ꝯfirmare ſine
caplo. ℞. Be. in. c. qm̃. de elec. li. vi. ꝙ Archi.
hic poſt opi. recitatas tʒ ꝙ ñ vʒ ꝯfirmatio ſi i
abñtia capituli fiat. ar. eoꝝ q̃ no. de offi. dele.
cãʒ. ff. de admi. tu. l. ticiũ ⁊ meuiũ. in pn. ⁊. ff. d
exerci. l. i. §. ſi plures. Et hoc veꝝ niſi ꝯſuetu-
do eccleſie haberet contrariũ. qꝛ tunc valeret
confirmatio de conſue. c. non eſt li. vi.

**Confirmationis** ſacr̃m ad qd vʒ. ℞.
melchiades papa i. c. ſpũs ſctũs. d cõſe.
di. v. qd valet ad augmentũ gr̃e ad confirmã
dum i pugna contra vitia ⁊ diabolũ ⁊ armat
⁊ inſtruit ad agones huius mundi ⁊ prelia.
1 ¶ Utrũ ſit neceſſariũ ad ſalutẽ. ℞. ꝙ nõ abſo
lute. qꝛ baptizatꝰ ſi ſtati decedit ſaluat. vt pʒ i
d. c. ſpũs ſctũs. q̃ʒuis nõ ſit ꝯfirmatꝰ. tñ neceſ
ſariũ ẽ. ita ꝙ ꝯtẽnens ipm ſuſcipe mortaliter
peccaret. ⁊ dãnaret. vt colligit ex. d. c. ſpũs ſã
ctꝰ. cũ ibi no. Et ꝓpterea credo ꝙ notabilis ne-
gligentia epoꝝ i ñ ꝯferendo iſtud ſacramẽtũ
ſi ſcis pctñ mortale p ar. in. d. c. ſpũs ſanctus.
2 ¶ Utꝝ ſoli epi hoc ſacr̃m poſſint ꝯferre. ℞.
ꝙ ſic. vt pʒ in. c. d his. ⁊ duobꝰ. c. ſe. d ꝯſe. di. v.
Tñ ſm Inno. in. c. quãto. de ꝯſue. papa poſſʒ
dare licentiã ſacerdotibus vt cõferrẽt. qꝛ ſm
glo. in. c. mãdamus. de ꝯſe. di. v. ⁊ ſeqt Inno.
vbi. d. ex demãdatione pape quilibet clericus
pt conferre ordinem. ⁊ ſacramentũ qd habet.
¶ Quibus dʒ conferri iſtud ſacramentũ. ℞. 3
ꝙ oibus fidelibus baptizatis tam ſanis q̃ʒ ẽt
morte piclitantibus. vt pʒ in. c. vt ieiunij. ⁊. c.
ſe. de conſe. di. v. q̃ʒuis gl. ſentire videatur ꝙ
debeat dari ſolũ habẽtibus perfectam etatẽ
ſ. xij. annorum. non credo verum.
¶ Utꝝ pfcẽ etatꝭ volẽs ſuſcipe iſtud ſacr̃m 4
teneatur ꝯfiteri pus. ℞. ꝙ q̃ʒuis teneat cõteri
de mortali ſi qd cõmiſit añq̃ʒ ſuſcipiat aliter
peccaret mortalit. tñ ꝯfiteri ñ credo teneat d
necitate. ar. d. c. vt ieiunij. i vbo moneant.
¶ Utrum de chriſmate tantum ⁊ illius anni 5
debeat fieri. ℞. ꝙ ſic. cũ ſit minoris neceſſita
tis confirmatio q̃ʒ baptiſmus. ar. c. qm̃ de ſen
ten. ex. li. vi. ⁊. c. ſi quis de alio. de ꝯſe. di. iiij.
¶ Utꝝ oi tpe poſſit conferri. ℞. ꝙ ſic. ar. d. c. 6
oẽs fideles. ⁊. c. de his. ⁊. c. vt ieiunij. ⁊. c. ſe. de
conſe. di. v. Sed eps debet eſſe ieiunus. vt in
c. vt epi. de conſe. di. v. ſed non de precepto.
¶ Utꝝ ieiunus tm̃ dẽat ſuſcipe. ℞. ꝙ ſic. niſi 7
neceſſitas aliud ſuadeat. Tñ credo ſit cõſiliũ.
nõ preceptũ. vt pʒ in. d. c. vt ieiunij. Et ꝓpterea
dicit Ala. ꝙ melius eſt confirmari poſt pran
diũ q̃ʒ epo poſtea diſcedẽte ñ poſſit ꝯfirmari
¶ Quid ſi qs oleo ꝓ chriſmate ſit vnctꝰ. ℞. 8
ſm Ho. ⁊ Innoc. in. c. vnico. de ſa. vn. qd dʒ
iterum chriſmate liniri. ⁊ dʒ illa oratio reite-
tari. ſigno te ⁊c̃. Alie autem orationes q̃ pre-
cedunt. ⁊ ſequuntur non iterantur.
¶ Que ẽ forma hꝰ ſacramenti. ℞. ꝙ in iure ñ 9
inuenit niſi ꝙ in fronte chriſmate dʒ ſignari
Tñ in pontificalibus cõiter habet. Ego te cõ
ſigno ſigno crucis ⁊ cõfirmo te chriſmate ſa
lutis. In noie pr̃is ⁊. filij. ⁊c̃. Et hec ẽ fuñda.
¶ Utꝝ ſit reiterabile iſtud ſacr̃m. ℞. ꝙ ñ. vt 10
c. dictũ eſt. ⁊. c. ſe. ea. di. Et peccaret mortalit
ſcienter iterãs. ſecus ſi ignoraret. aut dubita
ret. quia non dicitur iteratũ qd neſcit factũ.
¶ Utrum non confirmatꝰ poſſit tenere aliũ 11
ad confirmationẽ. ℞. ꝙ non. c. in baptiſmate
de conſe. di. iiij. Et ſi tenet non contrahit cõ
paternitatem vt ibi patet cõcor. Tho. ⁊ Pe.
¶ Quot pñt tenet ad iſtud ſacr̃m. ℞. tm̃ vnꝰ 12
debet eſſe, qui teneat. c. non plures. de conſe.
di. iiij. Sicut ⁊ in baptiſmo. vt ibidem.
¶ Utꝝ ille q tẽuit i cathecismo vl baptiſmo 13
poſſit tenere i hꝫ ſacramẽto. ℞. ꝙ ꝯſuetudo ro
mana ẽ ꝙ nõ. ſʒ p ſingulos ſinguli ſuſcipiãt:
Tñ fieri poteſt ſi neceſſitas cogit. alr̃s ñ. vt in

c.in cathecifmo.ꝺ conſe.diſt.v. Sed no.ꝙ hodie ex ꝯſuctudie eſt.vt q tenet in cathecifmo teneat i baptiſmo.ꝛ iõ ſine peccato fit.Si tñ plures ſũt q tenẽt oẽs efficiũt ꝯpatres ſuſcepti.vt i.c.fi.de co.ſpi.li.vi.Et iõ vir ñ ꝺꝫ tenere vxorẽ ꝛ econuerſo.qꝛ oriet impedimentũ.

**Confirmatio** Sũmi pontificis ex certa ſcia facit validũ qꝺ erat nullũ reſpectu iuris poſitiui.ſm Jo.de li.vt refert Panoꝛ.in.c.cũ ſup de cã poſ.ꝛ ꝓprie facit firmũ qꝺ al's eſt infirmũ.Solẽne qꝺ ñ ẽ ſolẽne ſupplendo defect⁹ ſolẽnitatis omiſſe.ij.q.i.in primis.de trãſac.c.i.de cõceſ.pre.qꝛ.Si vero fit in forma cõi ñ eſt certa ſcia.nihil iuris tribuit.ſed ſolũ vet⁹ conſeruat.de confir.vti.vel inuti.c.dilecta.ꝛ c.i.in glo.ꝛ de conceſ.pre.qꝛ diuerſitatẽ.ꝛ de priui.qꝛ intentionis.nec p ipam derogat iuri cõi.de off.oꝛ.licet de fi.inſtru.dilectos.

¶ Confirmatio ꝓprie nõ eſt qñ ſucceſſor cõfirmat conſtitutionẽ pdeceſſoꝛis.ſeu eius geſta.vt dicit Pa.in.c.i.de loca.ꝛ ẽ dictũ Ho. Uñ potius eſt ratificatio.vel innouatõ.Sed confirmatio eſt qñ ſuperior confirmat factũ inferioris.Quod no.quia facit ad multa.

**Confraternitas** an ſit licita.R.Pe.de peruſio i tractatu de canoica portione epiſcopi.c.iiij.ꝙ ſic.ſi fiat ex cã licita.facit glo.in.c.ſi qui clericoꝝ.xi.q.i.q̃ dicit ꝙ ſfraternitates bñ admittunt.xlij.di.ſi quis deſpicit Sed q̃ fiunt ad malũ ꝓhibent.C.de mono.l.vnica.de hoc.ꝺ.Andreas barbatius in.c.officij.de teſta.plene tractat Archi.etiam in.ꝺ.c.ſi quis deſpicit.Et vide.s.collegium.

¶ Utrũ ſtatutũ confraternitatũ q̃ cauet ne quis recipiat niſi ſoluat tñ liceat.R.Pe.vbi s.ꝙ ſi fit ꝓpter honeſtam cãm.puta alendis pauperibus ꝛ huiuſmodi.ꝺ.c.ſi qs deſpicit.ꝛ ar.xxvi.q.ij.nõ exemplo.Quidã tñ dicũt nõ licere.qꝛ excludit pietatẽ.ſ.ne quis recipiat niſi ſoluat.et videt magis equũ.Si tñ ſtatutũ diceret ꝙ receptus ſoluat tñ oi menſe liceret Ludo.de ro.in no.dicit ꝙ Archi.i.ꝺ.c.ſi qs ꝺſpicit conſuluit ꝙ ſi fit ſtatutũ p verba affirmatiua ſic valet.Si p verba negatiua.ſ.null⁹ admittat ſic non valet.allegat.c.ad apl'icã.ꝺ ſymo.Et addit idẽ Ludo.ꝙ ſi poteſtas inuenit ſocietatẽ in qua ſit ſtatutũ inhoneſtũ põt ſtatim eo ipſo ceſſare ſocietatẽ ſm Bart.in.l.ſub ptextu.ff.ꝛ e extraoꝛ.cri. Et ſeqt Bal.in c.i.§.conuẽticulas.de pa.te.in vſi.feu.

**Coniuratio** Eſt qñ aliqui rebelli auctoꝛitate in vnũ ſe colligendo iuramenta int ſe dederunt.xi.q.i.ſi qui clericoꝝ.Et nota ꝙ coniuratio ꝛ ꝯſpiratio ꝓ vno codẽqꝫ erie accipiũt xi.q.i.ꝯiurationũ.vñ ꝯiurare ẽ ſimul.vl' vnũ iurare.Conſpirat Uo ẽ ſimul: vel i idẽ ſpirare:ſꝫ glo.in.c.conſtitutionẽ.ꝺ ſen.ex.li.vi.

¶ Utꝝ ois ꝯiuratio ſit illicita.R.ꝙ ꝓprie cõſpiratio.vt pꝫ ex precedẽtib⁹ ẽ illicita.Dicit tñ aliquãdo largo modo cõſpiratio ſeu coniuratio qua aliqui coniurant.vel i idẽ aſpirant qꝺ de ſe eſt licitũ ꝛ bonũ.ꝛ tũc lꝫ talis conſpiratio.vt no.glo.in.d.c.ſi qui clericoꝝ.al's.i.q.i.ꝯcuſſionis.xxij.q.i.c.i.no.Inno.i.c.cũ.J.ꝛ A.ꝺ ſen.ꝛ re.iudi.ꝛ Pa.i.c.exhibita.de iudi. Qñ ergo quis coniurat vel rebellat plato vel obedientie ꝛ hmõi ſic ẽ conſpiratoꝛ.vt patet ꝺ Uo.ſi.cõſtitutionẽ li.vi.ꝛ ſic cõnſpiratio de ſe ẽ moꝛtale peccatũ.In dubio Uo ſemp pſumit mala ſꝫ Inno.in.c.i.ꝺ ſciſ.ꝛ Uin.in.c.ſi.de teſti.co.ꝛ Jo.an.in.c.ij.de ver.ſi.

¶ Que ẽ pena ꝯiurãtiũ vel cõſpirãtiũ.R.laici debẽt excõmunicari ſi ꝯ epm ſꝫ glo.in.c.ſi.de teſti.co.ꝛ ſm Ho.ꝛ Jo.an.in vna libra auri cõdemnari ſinguli.In ꝯſtitutione federici ꝺ pace.te.c.hac edictali.Et ſi qs tumultũ ꝯ aliquẽ fecerit vel ſeditioſas voces emiſerit capitalis ẽ pena.l.denũciamus.C.de his q ad ec.ꝯfu ꝛ.l.i.ꝛ ij.C.de ſedi.ꝛ.ff.de.pe.l.aut facta.ꝛ C.de epi.ꝛ cle.l.ꝯuẽticulã.vbi ꝓhibent cetus vl' turba ꝯgregari niſi inueniat ꝯceſſũ expſſe ff.de col.illi.p totũ clerici ꝺbẽt exponi.

**Conſanguinitas** Uiꝺ.ſ.matrimoniũ.iij.impedimẽto.vi.

**Conſcientia** Conuenit cum lege naturali rationalis creature ꝛ cũ ſindereſi i h qꝺ ẽ regulare.ſꝫ differunt i mõ.lex naturalis dictat ei bonũ faciẽdũ ꝛ malũ fugiendũ.poſt h ſequit iudiciũ i ratione.ꝛ ſic foꝛmat conſciẽtia vlteri⁹ facto iudicio ꝙ ſic debet eſſe ſequit ſindereſis q̃ ẽ ſintilla conſcintie que ſtimulat voluntatẽ ad bonũ faciẽdũ.Et ſic pꝫ ꝙ ꝯſciẽtia ꝓprie ẽ regula i ratiõe ſindereſ vero i voluntate iſtigãdo eam ad bonũ ꝛ ſtimulãdo.hec ex Ale.in.iij.parte ſuum.

¶ Utꝝ ꝯſcientia liget ad faciendũ oẽ qꝺ dictat p modũ preceptiõis vel ꝓhibitionis.R.

San.Bo.in.ij.ſen.di. xxix.ar.i.q.iij. q aut ꝯſciētia dictat aliqd q̄ ē ſm legē dei.ꝛ ſic tenet facere.aut dictat ꝑter legē.ꝛ ſic tenetur facere vel conſcientiam deponere. vtpote ſi dicat neceſſarium ad ſalutem feſtucam de terra leuare.ſi non deponit conſcientiam aut n̄ leuat mortaliter peccat.Aut ꝯſcientia dictat qd̄ eſt ꝯ legē dei.ꝛ ſic nō ligat ad faciendū.ſ3 ligat ad deponendū.q2 erronea errore repugnāte legi diuine. Vn̄ q̄diu manet ponit hominē extra ſtatū ſalutis.ꝛ iō neceſſario tenet eā deponere.q2 ſiue faciat qd̄ ꝯſciētia dictat. ſiue n̄ faciat ſp mortalit peccat.Faciēdo qd̄ dictat peccat mortalit.q2 facit ꝯ legē dei n̄ faciēdo peccat mortalit qa faciendo bonū fac in ꝯtemptū dei dū credit dictāte ſibi ꝯſciētia h̄ deo diſplicere. Et ſic itellige .xxviij.q.i.§.ex his.de ſy.ꝑ tuas el.ij.de re.ſpoli.lr̄as.de preſcrip.c.fi.qd̄ fit ꝯ ꝯſciam edificat ad gehēnā.

1 ¶ Quid ſi prelatus precipiat aliqd qd̄ ꝯſciētia ſubditi dictat etiā cōtra legē dei.R. Sā. Bo.vbi.s̄.q tenet ea3 deponere niſi cla2 ſit illd̄ fore ꝯ legē dei.Et ſi neſcit de illa iudicare d3 ſapientiores cōſulere.vel ꝑ orōem a deo declarationē poſtulare.vl̄ dic vt hētur in.c.i.inquiſitioni.de ſen ex.quod qn̄ ſcit ꝑcerto q eſt ꝯ legem dei non obediat.q2 mortaliter peccaret.l3 poti⁹ tolleret ēt excōmunicationē. Si 5 nō ſcit ꝑcerto.ſ3 ex leui ꝛ temeraria crudelitate tūc ad ꝯſiliū ſui ꝑlati d̄ponat.Si vo hēat credulitatē ꝓbabilē ꝛ diſcretā.q̄uis n̄ manifeſtā ꝛ euidentē tūc ꝑp obedientiā faciat qd̄ ſibi ꝑcipit. q2 tenet in tali dubio ꝛ ꝑp bonu3 obediētie excuſat. ſed nullo mō ex ꝓpria uolūtate faciat.q2 nō l3.imo mortaliter peccaret.q2 qui amat piculu3 pibit in illo.Et iſtud ē quod dicit tex.in.c. nōſolū de regula.li.vi. Decet inquit ꝛ expedit.vt conſciētie puritati non deſit iudiciū rōnis ne dū ſpūalis ꝑfectus qritur.ide ſalutis diſpendiū icurrat

5 ¶ Vtr2 confidēs.de ꝯſciectia famā negligēs peccet mortaliter. vide.ī.fama.§.i.

# Onſecratio

Conſecratio epiſcopo2 ꝛ archiepiſcopo2 infra tres menſes poſt electionē ꝛ cōfirmationē differri non debet:niſi neceſſitas aliud ſuadeat.lxxv.di.qm̄ quidā.

1 ¶ A quo debet conſecrari archieps.R. q ab omnib⁹ ſuffraganeis ſuis qui tunc ad metropolitana3 eccleſiā ſunt vocandi.de tem.o2.ſi archieps.ꝛ cum conſenſu primatis.c.placu

^ nō ſunt audiendi xxi q ij

lxv.di.ita q ſine eo non recipit executionē cōſecratus.vt no. Inno.in.c.nec epi.de tem.o2.

¶ Quis ꝯſecrabit epm.R.ſi eſt exempt⁹ ꝯſecrabit a papa. vel de ei⁹ mādato. Si vo n̄ ē exēptus q archieps cū duobus ꝓuincialibus epis.aut tres ꝯprouinciales epi ex iuſſu archiepi.Ita tn̄ q oēs epi ꝯprouinciales ſūt ꝑ eplas regrēdi vt ꝯſentiāt.vt in.d.c.nec epi. vbi dic Inno.q ſi aliqs epo2 ꝯprouincialiū ꝯtēnat in ꝯſecratōe archiepi.vel epi q poterit agere vt ꝑuet executōe officij.ſicut in electione agitur vt caſſetur.de elec.q ſicut ar.de elec.cū in veteri.de arbi.cum olim.lxv.di. non debet.ꝛ etiam grauior ꝑnia ſibi poterit imponi. 2

¶ Quo die dn̄t conſecrari predicti.R. q die dn̄ico hora tertiarum.l.di.qui in aliquo quaſi in fi.lxxv.di.q die.ꝛ.c.ordinationes. 3

¶ Quō debet fieri.vide.in.d.c.ordinationes ſed melius in eo2 paſtorali.Et quid ſit d̄ ſubſtantia no.in.d.c.ordinatiōes.lxv.di.in ſūma 4

¶ Patriarche āt ꝛ primas ac cardinales credo a papa ſūt ꝯſecrādi.vel de ei⁹ mādato ꝛ n̄ ab alio.ar.c.pudēda.ꝛ qd̄ ibi no.xxiiij.q.i. Dicit ēt Pa.in.c.meminimus. de accu.q quilibet prelat⁹ ꝯfirmatus a papa nō pōt bn̄dici. ſeu cōſecrari ꝑ inferiorē ni de licētia pape.vt in.c.cum in diſtribuendis de tem.o2. niſi conſuetudo aliud habeat. Papa vero conſecrari d3 ab epo hoſtienſe.xxviij.di.in noie dn̄i. 5

¶ In quo loco ſunt prefati ꝯſecrādi.R. q archieps in ſua metropolitana eccleſia.vt in.d. c.ſi archieps.Alij.autē vbi placuerit. ad quē pertinet conſecratio.lxxxj.di.c.ſi. 6

# Onſecratio

Conſecratio eccleſie a q̄ d3 fieri.R.q ab epo ꝓprio nō ab alieno. niſi de licētia ꝓprij facit.c.tua fraternitas.de ꝯſe.ec.vel al. Non eps ergo non pōt etiā de licentia epi.nec etiā recōciliare.vt in.c.aq̄.co.ti. Dic tn̄ Inno.ibidē q papa pluribus epis ꝯceſſit vt poſſit ꝑ ſimplices ſacerdotes recōciliare eccl'ia3 aq̄ tn̄ prius ꝑ epm bn̄dicta.Et ſic patet q ex ꝯceſſione pape ſolū pn̄t reconciliare nō ꝯſecrare.Intellige de eccl'ia ꝯſecrata.q2 eccl'ia non conſecrata bn̄ pōt reconciliari ꝑ ſacerdotem aqua exorcizata tn̄.vt in.c.fi.de conſe.ec. vel al. q2 aqua exorcizata ꝑt fieri ꝑ ſimplicē ſacerdotē Ex quo p3 q non d3 fiat ꝑ epm.vel d̄ lnia ei⁹ ſm glo.in.d.c.fi.Et eſt cōmunis opinio.

¶ Quo tpe poteſt conſecrari.R. q in oī tempore tam feſtiuo q̄ non.d.c.tua fraternitas.

2 ¶ Quō dʒ ꝯſecrari.℞.ꝙ modus hr̃ in eoꝛuʒ paſtoꝛali.ꝛ aliqd de cōſe.di.i.omnes baſilice. ꝛ qđ ibi not.ſed a paſtoꝛali nō ē recedendum.

3 ¶ Utrū aliqñ ſit recōſecranda.℞. Pa.in.c.ꝓpoſuiſti.de cōſe.ec.vel alta ꝙ ſic in tribus caſibus. Primus qñ neſcit an fuerit ꝯſecrata. vtputa q2 nō hʒ aliqđ ſignū ꝑ qđ appareat cōſecrata.nec ſcriptura.nec teſtis.ꝛ hmōi.de cōſe.di.i.eccleſie vel altaria.q2 nō dr iteratū qđ neſcit factū.c.ſolēnitates.el primo. de conſe. di.i.c.veniēs.de pſ.nō bap. Scđus ſi parietes ſunt cōbuſti ꝛ decruſtati. Rō q2 cōſecratio ꝛ linitio ſit in ipſis parietibus. Et iō lʒ nō coꝛruant.ſi tñ cōburant eſt reconſecranda glo.ē de conſe.di.i.eccleſijs. Secus ſi tectū cōburatur vel deſtruat.q2 non eſt reconſecranda vt i c.ligneis.de cōſe.ec.vel alta. Tertius ſi parietes ita coꝛruerint ꝙ de nouo oʒ ipſaʒ reficere etiam de eiſdē lapidib9. Et licet glo.ꝛ aliq ibi velint ꝙ ſi nūc vna pars reficiat ꝛ poſtea alia ꝙ nō ſit reconſecranda. tñ Pan.vbi.ſ.tenet ꝙ dʒ reconſecrari.q2 in ſpūalibus conſideramus veritatem ꝛ non fictionē.vt notat Archi.in.c.i.de voto.li.vi. Ideo eſt verū ꝙ non eſt in veritate illa prima eccleſia.nec conſecratio que fuit in illa prima eſt in iſta. q2 non eſt liquoꝛ qui cōmiſceat. Et hanc opinionem ſequitur Inno.in Rubrica.co.ti.

4 ¶ In quibus caſib9 eccl'ia polluit ꝛ indiget reconciliatōne.℞. Pa.in.d.c.ꝓpoſuiſti. ponit duos caſus. Primus qñ in ea effunditur ſanguis. Et no. ꝙ effuſio ſignificat abundantiā ꝓ quo vide bonū tex.cū glo.in.c.cum illoꝛum §.ꝙ ſi clauſtrales.de ſen.ex. ꝛ ideo ex modica leſione.q̃uis modicū de ſanguine effluat.nō indiget reconciliatione. Aduerte ꝙ iſta effuſio ſanguinis opoꝛtet ꝙ ſit facta ex ꝯtentōne vel ex iniuria ſm Rodo.q2 ſi furioſus vel ligno cadente effunderet ſanguis nō eēt recōcilianda. Et hoc videt velle Hug.de cōſe.di.i.eccleſijs. Et Ho.in.c.ſi eccl'ia de cōſe.ec.vel alta. Secundus qñ in ea aliquis occidit. licet ſanguis non effundat.puta q2 ſuſpenditur ꝛ hmōi. Et intellige de homicidio violento vl' iniurioſo.ſm nō.in c.vnico.co.ti.li.vi. Secus i homicidio caſuali:vel cum quis ſe defendendo aliū occidit.vel ſi ſetūs ibi occidat:q2 tūc ñ eſt reconciliāda. Sed glo.in.d.c.vnico tenet ꝙ in hoc vltimo caſu polluitur.ꝛ eſt reconciliāda.ſed nō lauandus eſt locus vbi ſanguis effuſus eſt.ꝛ cōmuniter hoc tenetur.

5 ¶ Sed quid ſi quis in ea letaliter vulneret ꝛ extra eccleſiiam moꝛiat.℞.glo.d.c.vnici.ꝙ reconciliabit.ēt ſi ſanguinē recollegiſſet in ſcutela.ſed non ecōtrario ſi vulnerat extra ꝛ confugit ad eccleſiā.lʒ ibi moꝛiat.vl' ſanguis effūdatur nō reconciliabit. Sil'r dic ſm Hug.ſi exiſtens in tecto eccleſie ſagittet non recōciliabitur.q2 extra eccleſiam videtur factum.

6 ¶ Quid ſi quis ſane mentis ſe ipſū vulneret vel occidat in eccleſia irato aīo.℞. Ge.in.d.c. vnico.ꝙ reconciliabit ſi eſt publicū. đ ſen.ex. ꝯtingit.el primo.q2 homicidā eſt. Sec9 ſi eēt furioſus ꝛ non ſane mētis.ar.cle.ſi furioſus. de homici. Tertio qñ excōicatus ſepelit in eccleſia vel paganus.q2 ſi erat cōſecrata eſt recōcilianda ꝛ coꝛpoꝛa predictoꝝ ꝓijcienda ſi diſcerni pñt ab alijs de cōſe.di.i.eccleſiā.ꝛ đ cōſe.ec.vel alta.conſuluiſti.ꝛ ibi Pa.ponit iſtū cū caſu ſe. Quartus qñ fuit cōſecrata ꝑ notoriū excōicatū. Nā ea que ꝯſiſtunt in exterioribus bñdictionib9 ꝛ ꝯſecratōnib9 facta ꝑ notoriū excōicatum non dñt ꝑ fideles exercitari añ recōciliationē. Quint9 ſm glo.in.d.c.ꝓpoſuiſti.qñ parietes ſucceſſiue repant.ſed credo ſit recōſecranda. Sext9 qñ effundit ſemen.de adul.c.ſignificaſti.ſed qñ eſt occultū nō polluitur.vt tʒ glo.i.d.c.vnico. ꝛ ex.d.c. ſignificaſti in V.publice. Et ſit publicū.vel ex cōfeſſione coꝝ qui fecerūt.vel rei euidētia. Et intelligūt qdam de oī effuſione ſeminis criminoſa. Secus de effuſione que fit in ſomnis. ꝛ ea q̄ fit i mr̃imonio cā ꝓcreande ꝓlis ꝛ hmōi. Cōtrarium tñ tenet cōiter.vt patʒ in glo.d.c.vnici: quod ibi not.vt habeat locum in omni pollutione humana. Et hoc magis conſonat tex.in c.eccleſijs.de conſe.di.i.ꝛ hoc tene.

7 ¶ Quid ſi eccleſia nō erat conſecrata.℞.ꝙ q̃uis eccleſia non ſit conſecrata tñ polluit ſeminis.aut ſanguinis effuſione. vt patet in.c.ſi. de conſe.ec.vel al.ꝛ dʒ lauari aqua exoꝛcizata tñ ꝑ ſacerdotem.vt ibidem.

8 ¶ Utꝝ celebrās in eccl'ia pollutā efficiat irregularis.℞. Ge.in.d.c.vnico. ꝙ no.de ſen.ex. is q.li.vi.tñ in ea ñ dʒ celebrari đ ꝓuil.tuaꝝ.i ꝓn. Dicit tñ Lap9 ꝙ talis ē ſuſpenſus ab ingreſſu eccl'ie.de ꝓui.epoꝝ.li.vi. Et ſi cū tali ſuſpēſiōe i eccl'a diuina celebraret vt ꝓus ſuo agēs offō.erit irregularis.đ ſen.ex.is cui.li.vi

9 ¶ Quō dʒ recōciliari eccleſia polluta.℞.ꝙ cū aqua de qua in.c.cōſuluiſti.ꝛ in.c.aqua.de cōſe.ec.vel alta. Et ſimilit' cimiteriū. Sed meli9

habetur in paſtorali. Et ſic ſerus.

10 ¶ Vtrū faciens conſecrare eccl'iam poſſit cō pelli ad ipſā dotandā. R. Pa. in. c. cū ſic. d cō ſe. ec. vel al. ꝙ ſic. Et dos dꝫ eē tanta ꝙ vnus preſbyter cū miniſtro poſſit viuere habito re ſpectu ad obuentiones ſpūales. Et ſi eſſet collegiata hr̄ reſpectus ad numerꝝ collegiato rum. Fallit hoc in eccleſijs mendicantium.

11 ¶ Vtrum poſſit exigi ꝓ conſecratione eccl'ie R. ꝙ non vide. ī. Simonia. iij. §. xix.

**Conſecratio** altaris ē alia a ꝯſecratiōe eccleſie c. i. de conſe. ec. vel alta. Ideo vna ſine alia fieri poteſt, de quo vide. ſ. altare.

**Conſecratio** cimiterij quo modo debeat fi eri habetur in paſtorali.

1 ¶ Quō polluit̄. R. ꝙ ſi cimiteriū ē ꝯtiguū ec cleſie tūc polluta eccl'ia polluit̄ cimiteriū. ſꝫ ñ ecōuerſo. vt i. d. c. vnico. de ꝯſe. ec. vel al. li. vi. Si vo ñ ē ꝯtiguū eccl'ie. vel ſi ē ꝯtiguū. ſꝫ nō polluit̄ eccl'ia. tūc polluit̄ d ſanguis vel ſemis effuſione. ſic̄ dictū ē de eccleſia. Itē qñ aliquiſ excōicatꝰ vel infidelis in eo ſepelit̄. vt in. d. c. cōſuluiſti. ⁊ in. d. c. eccl'iaꝫ. el. ij. Aduerte tñ ꝙ ſi eēnt plura cimiteria ꝯtigua tñ pietē hñtia in medio ſe iungentem polluto vno non pol luitur aliud etiam ſi ꝑ portā mediā habeatur acceſſus de vno ad aliud. vt in. d. c. vnico.

2 ¶ Sed qd ſi pollutio vel ſanguis effuſio fiat i porta i medio poſita. R. Io. an. vt refert Ge. in. d. c. vnico. ꝙ illud cimiteriū ē violatū. cꝰ cā paries ⁊ porta fuerūt fcā q̄ſi ſit filiꝰ acceſſio. ꝑ l. ⁊ ſi nō ſunt. §. pe. ⁊ vlti. ff. d au. ⁊ ar. le. vbi di cit̄ ſpectamꝰ q̄ res eꝰ rei ornande cā fuerit ad hibita. non q̄ ſit precioſior. Et iō legato auro legata ſunt vaſa aurea. ⁊ legatꝭ gēmis. gēma vaſa. ⁊ ſm hoc. ſiue gēme ſint in aureis vaſis auro cedent. ⁊ idem de argento. cū. l. ſe. Et di cit Ge. ibidem. ꝙ in dubio paries intermedi us videt̄ principaliter factus vt faciat duo ci miteria non acceſſorie. vt innuit tex. ibidem.

3 ¶ Vtrꝝ ſil'r ſit dicēdū ſi pollutio vl' effuſio ſā guiſ fiat in porta eccl'e. R. Ge. vbi. ſ. ꝙ Io. d imo. dicit ꝙ ſic. qñ intra clauſuram oſtij ver ſus eccl'iam eſt facta. Secus ſi in parte q̄ ē exͣ clauſurā ar. no. ꝑ Bar. in. l. i. ff. de dona.

4 ¶ A quo dꝫ recōciliari. R. ꝙ ab epō ſicut dem eſt de eccl'ia cū aq̄ bñdicta. vt in. d. c. ꝯſuluiſti

5 ¶ Vtrum debeat qs ſepeliri in cimiterio pol luto. R. ꝙ non vt in. d. c. vnico.

¶ Vtrū corpora excōicatorꝝ hereticorūꝫ aut paganorꝝ ſint exhumanda qñ conſecrare vult cimiteriū. vel reconciliare pollutum. R. ꝙ ſic ſi diſcerni poſſunt. de conſe. di. i. eccl'iam. el. ij 6

¶ Vtrꝝ reconcilata eccl'ia. reconciliatū ſit ci miteriū. R. ſm Archi. ⁊ Io. an. in. d. c. vnico. ꝙ ſic ſi eſt contiguum. al's ſecus. 7

**Conſecratio** veſtimētorꝝ ⁊ va ſorꝝ ad diuinum cultum neceſſariorum ad quem ꝑtinet vide. ſ. benedictio. §. i. ⁊. ij.

¶ Vtrꝝ poſſint alienari. R. ꝙ in vſus ꝓphanos nullo mō dñt ꝯuerti que ſemel deo dica ta ſunt ſed vetuſtate cōſumpta dñt cōburi ⁊ cineres in eccl'ia reponi. c. que ſemel. ⁊ qd ibi no. xix. q. iij. ⁊ in regula ſemel deo. de reg. iur. li. vi. Pñt tñ vaſa eccl'iaſtica ⁊ calices ꝯfracti ſeu minuti vēdi i caſibꝰ ꝯceſſis d qbꝰ. ſ. Ali enatio. §. ij. x. q. ij. hoc ius. ⁊ in glo. prefate re gule. Integra non niſi alteri eccleſie vel loco religioſo. vt in. c. ligna. de conſe. di. i. 1

**Conſecratio** virginū quo tpe dꝫ fieri. R. ꝙ in die ephye ⁊ in natalibꝰ apl'orꝝ. ⁊ ꝑ totā ebdomadā reſurrectōiſ ⁊ oī die dñico. vt no. xx. q. i. §. velamen. ⁊. c. ſe. ⁊ in caſu neceſſitatis puta periculo mortis oī die priuato. xx. q. i. de uotis. ⁊ in glo. c. ij. de conſe. ec. vel alta. Inno. in. c. i. de tem. or. tꝫ ꝙ etiam in ſolēnibus feſti uitatibus poſſunt conſecrari.

¶ A quo debent conſecrari. R. ꝙ ab epō pro prio. vt in. d. c. deuotis. 1

¶ Vtrꝝ illa q̄ ē corrupta ſit conſecranda. R. ꝙ nō. xxvi. di. acutiꝰ. ⁊. d. c. deuotis. ⁊. c. iuuencu las. ea. q. Et q̄ꝫuis fuerit violent corrupta tñ ꝯſecrāda ñ ē. qꝛ lꝫ corona ei duplicet̄ q̄ꝫtū ad meritū nō tñ hēbit aureolā virginū. vt no. in ſūma. xxxiij. q. v. facit. c. ille famule. ea. q. Sed theologi tenēt. ⁊ bñ ꝙ hēbit. ⁊ nec ꝑꝑ h̄ ñ ꝯſe crat̄. ſed qꝛ eccl'ie ñ ꝯſtat an ꝯſenſerit: vel ne. 2

¶ Quid fiet d ea q̄ occl'te corrupta fuit ⁊ niſi ꝯſecret̄ iminet ſcādalū. R. ꝙ epō ſil'abat eā ꝯ ſecrare faciēdo ea q̄ nō ſūt de ſubā ꝯſecratio nis ⁊ omittēdo ſubſtātialia. qd lꝫ ſic̄ pꝫ i. c. i. d his q̄ vi me. ve. ca ſi. ⁊ facit. c. vtilē. xxij. q. ij. ⁊ nomē virginitatis mutabit i nomē caſtitat̄. 3

**Conſentire** vr̄ ſm Innoc. i. c. i geneſi de elec. qñ qs tacet in actu honorabili ſeu cōcupi ſcibili. ſꝫ i actu vituꝑabili ⁊ ꝑiudiciali ⁊ in q̄ eēt verecundū loq ⁊ ꝯdicere plerūqꝫ videtur

diſſentire.l.filiuſfa.§.inuitus.⁊ ibi glo.ff.ď ꝓcu.⁊ eſt glo.in.l. qui patiť.ff.man. ⁊ glo.in.c.
plerūq̄ʒ.ij.q.vij.limitat Jo.de imo.in.c.vřa.
de loca.⁊ glo.in.c.diaconus.xxij.di.⁊ in d.l.q
patiť qñ actus qui fit in preiudiciū valet etiā
illo ꝯ̄dicente.Secus ſi non valet niſi pñs ꝯſē
tiat.qꝛ tūc tacēs hř ꝓ ꝯſentiēte. Exēplū ꝑmi
vendo rē alienā dño pñte ⁊ tacente.⁊ ſic ñ va
let.qꝛ ēt eo abſente vel ꝯ̄dicēte potuit vendi i
ꝑiudiciū vēdētis.vt no.in.l.rē alienā.ff.de cō
trahen.emp.ſic ⁊ legare pñt rē alienā in ꝑiu/
diciū ſui hřdis.vt no.in.c.filiꝰ ď teſta.Exem
plū ſcďi.Impignorat qs rē alienā pñte dño.
⁊ ſcit vʒ. vt no.in.l.gaius.ff.de pig.ac. Et de
hac diſtinctōe hēs tex.ſingularē.in.l.ſepe.§.
curant his.ff.de re iudi.facit.l.ſi ſeruꝰ cōis.ff.
de do.inter vi.⁊ vxo.niſi vxor donās rē cōeʒ
ſibi ⁊ fratri pñte fratre ⁊ ñ ꝯ̄dicēte valet ꝯceſ
ſio.facit.c.ꝯtinebať ď his q̄ fi.a pre.vbi ſi pre
latꝰ ꝯtulit bñficiū pñte capitulo ⁊ non ꝯ̄dicē
te tenet collatio.facit qď no.Bal.in.l.ſi tutor.
C.in qui.cau.in inte.re.non eſt ne.vbi dicit ꝙ
ſi quis ſcit aliquē ſe gerere ꝓ eius ꝓcuratore
tunc ſi ꝯ̄dicendo pōt illū impedire. ſi tacet cō
ſentit.Secus ſi non pōt impedire. Similem
deciſionē ponūt dñi de rota in hñtibus cām
cōem ſi vnus illoꝝ conſtituit ꝓcuratorem vt
conſentire videať ſi pñt impedire.⁊ quod no.
Bal.in.l.ij.§.ſi vir.ff.ſol ma. vbi dicit ꝙ qñ
conſenſus requiriť ad habilitandā ꝑſonā nō
ꝯ̄dictio habeť ꝓ conſenſu.vt in.l.q̊ enim.§.i.
ff.rem ra.ha.vbi dicit glo.non ꝯ̄dicere ratiha
bitioni par eſt.Ex quo arguit Bal.ꝙ ſatiſfa
ctū eſt ſtatuto florentinoꝝ.reqrenti conſenſū
cōſanguineoꝝ in ꝯ̄tctibus.ſi ꝯſanguinei ſciūt
nec ꝯ̄dicunt ꝓ quo facit illud ſingulare dictū
Bal.in.l.potuit.in vltima.q.C.ď iur.deli.vbi
vult ꝙ ſi pupillus maior infante vna cū tuto
re ingreſſus eſt poſſeſſionē ꝙ ꝑ hoc hereditaſ
eſt legitime comprehenſa.Nec ob.ꝙ auctori
tas debeat preſtari verbis expreſſis.vt facit.
l.i.ad fi.ff.de auc.tut.qꝛ hoc eſt veꝝ circa actꝰ
expreſſos.ſed in tacitis tacite loquimur rebꝰ
iſtis.⁊ factis.iuxta illud.⁊ factis loquimur ar
gumentū.ar.in.l de qbus.ff.de legi.⁊.l itē.qꝛ
ff.de pac.facit qď ideʒ Bal in.l.mandatū.C.
man.in.ij col.dicit ꝙ ſocietas contracta cum
pře intelligiť cū filio renouata ſi interueniat
patiētia tutoris.Itē aliud dictū in l.pꝰ mortē
ff.de adop.vbi idē Bal.dič ꝙ ſi filiꝰ vixit ſe/
orſū a pře negociādo vt emācipatꝰ ꝑ.xx.ānoſ
pře ſciente ⁊ patiente preſumiť emācipatus.
¶ Sed nunquid in actu negatiuo requirať ꝓ 1
teſtatio ne videať conſentire.R.ꝙ in actu ne
gatiuo abſtinens ⁊ tacens non habeť ꝓ conſē
tiēte.fač qď no.Ho.⁊ Inno.in.c.olim iter.de
re.ſpo.⁊ qď no.in cle.vnica.de ꝓcu.iūcta glo.
l.fi.ff.de ꝓcu.Silř no.ꝙ qñ duo ꝓponūť vni
⁊ ſolū negat vnū.vř alteꝝ affirmare. vt i.c.ñ
ne bñdicimus.de preſūp.facit.c.i.de poſtul.ꝑ
la Sed bñ attende iſtam.q.quomodo tacens
videtur conſentire.qꝛ videtur eſſe quaſi bro/
cardica qō.qꝛ multas patitur limitationes.
¶ Vtꝝ exñtes in ꝯcilio ⁊ tacētes qñ aliqď ma 2
lū tractať ſint culpabiles.R.ꝙ exñtes in cōci
lio inuoluunť peccato.⁊ tenenť ad reſtōem de
dāno.⁊ ſimiliter ď quibuſcūq̄ʒ alijs qñ malo
obuiare pñt ⁊ non faciūt.Ratio.qꝛ qui teneť
loqui ⁊ tacet:conſentit in eius preiudiciū.l.de
etate.§.qui tacuit.ff.de inter.⁊ ac.c.ſi poſt pre
ſtitū.de confe.li.vi.Quilibet āt de vniuerſita
te teneť votū ſuū exprimere in ꝯcernētibꝰ fa
cta cōitatis ex debito officij.ar.i.c.i.de his q̄
fi.a ma.par.ca.Et iō ibi dicit Inno.ꝙ niſi ꝯ̄
dicat ſi aliq̄ ibi male agerenť hř ꝓ ꝯſentiente
quo ad pctm̄ ⁊ quo ad penaʒ. Qď quidē vēr
quo ad culpā habeo ꝑ indubitatū de quocūq̄ʒ
qui pōt obuiare pctō ne cōmittať ⁊ non facit
xxij.q.v.hoc videť.Sed de pena nō credo ni/
ſi in prelato vel cui ex officio cōpetit. vt iſtis
qui hñt vocē in capitulo.ar.coꝝ q̄ no.in.c.ne
gligere.ij.q.vij.vel niſi doloſe taceat ⁊ ñ ꝓhi
beat.ar.coꝝ q̄ no.in.c.quāte.de ſen.ex.Et ſm
hanc diſtinctionē limita Bar.in.l. vtꝝ.ff.de
peri.ci.vbi vult ꝙ ſolū teneať obuiare q ē ſub
iectꝰ illi qui dʒ offendi.ſicut ſeruꝰ filiꝰ. Et gl.
in.l.culpa caret.ff.de r:g.iur.⁊ tex.inſti.ď pu.
iudi.§.alia.qui vult ꝙ cōſcius q̄ʒuis extraneꝰ
ſit puniatur.intellige quādo hʒ ex officio.vř
quando doloſe non prohibet vel in crimine
leſe maieſtatis.l.quiſquis.C.ad.l.iul.ma.
¶ Qñ dʒ preſtari ꝯſenſus.R.vt colligitur ex 3
Bar.in.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſū.ff.ď acqr.
here.⁊ Pa.in.c.cū nos:de his q̄ fi.a pre.⁊ ali
os doc.ibidē.ꝙ qñq̄ʒ in actu requiriť iuſſus
alicuius ⁊ tunc dʒ precedere.vt in.d.§.iuſſuʒ.
Qñq̄ʒ requiriť auctoritas.i.ꝯſenſus auctori/
zabilis.⁊ dʒ interuenire i ipſo actu ſʒ ꝙ Vbū
ſonat.vel modicū añ.ſeu imediate poſt.vt in
d.§.iuſſū.⁊ in.l.obligari.§.tutor.ff.de auc.tu.
⁊ inſti.co.§.tutor.Qñq̄ʒ requiriť lnia.⁊ dʒ ꝑ/
cedere.c.lʒ.de regula.Qñq̄ʒ ꝯſiliū.⁊ dʒ reqri

aſi ꝛ expectari rñſu.c.cũ ĩ vetcri.ð'elec. Qñqꝫ
requirit ꝯſenſus. ꝛ tũc ſi de ſolẽnitate act⁹ re
quirit vt interueniat certo tpe ñ põt iterueni
re p⁹.c.auditis.iũcto.c.qꝛ ꝓpter.de elec. Aut
nõ requirit certo tpe.ſed ſimplic ĩ ad validi/
tatẽ act⁹.ꝛ tunc ſi act⁹ tenuit põt ꝯſentire ſp.
vñ canonicus cõtemptus in electõe põt ꝯſen
tire qñcũqꝫ vult.c.qð ſic de elec. Si vo act⁹
nõ tenuit.ꝛ tũc pt ẽt interuenire p⁹ factũ.ſed
validat actũ.nõ vt extũc.ſed vt exnunc.facit
qð no.glo.in regula ratũ.ꝛ in regula ratihabi
tio.ꝛ in regula non firmatur.de reg.iur.li.vi.
Qð limito verꝫ in alijs.ſed nõ in ſacramẽtis

4 ¶ Quid requirit vt ratihabitio ꝯfirmet actũ
precedẽtẽ.R. Bal.in.l.fi.C.ad macedo.ꝛ in.l.
obſuare.§.fi.ff.de of.ꝓcon.multa dicit.Sed
tu dic clarius ꝙ primo oꝫ ſit factũ noĩe meo.
vt in dicta regula ratũ. Intellige ſm glo.in.c.
cũ qs.de ſen.ex.li.vi. factuꝫ noĩe meo qñ mea
contemplatione fecit. ij.ꝙ habeã ratũ tanqꝫ
geſtũ noĩe meo. Nã poſſũ hr̃e ratũ factũ.ſed
qualitatẽ facti non.ſ.ꝙ ſit factũ noĩe meo.l.ſi
cut interdicto.C.ar.tu.ꝛ nõ.in.l.pomponius.
ff.de neg.geſt. Et iſta eſt opinio Ja.de are.ap
ꝓbata in.l.i.§.deijcere.ff.de vi ꝛ vi ar.ꝛ ꝑ gl.
ſm Bar.ibidem.in.§.ſed cũ quis.lꝫ ſm Bal.
ſit glo.ꝯria ibidem in.§.quotiens. Hic tñ ad
uerte ꝙ non ſolũ ratihibitio expreſſa ſufficit
ſed ẽt tacita in maleficijs.vtputa.qꝛ nõ reuo/
cat poſtqꝫ ſcit ꝙ eſt factũ noĩe eius.aut nõ ꝯ/
dicit. vt li.non ꝯte.c.i.in fi.de offi. ðle.c.olim
el primo.C.de inceſ.nup.l cũ ancillis.C.de ð/
fer.l.i.ꝛ no.glo.in.c.cũ impoſitionibus.de iu
reiuran.li.vi.qꝛ tunc eſt ratihabitio preſũpta
ij.q.i.notũ. Secus eſſet in nõ maleficijs. Ter
tio ꝙ actus non requirat preſentiam. qꝛ que
preſentiã requirũt ratihabitio non põt ꝯfir/
mare.inſti.de auc.tu.§.tutor. Quarto requi/
rit ſm Pa.i.c.i.de cõuer.infi.ꝙ extrema ſint
habilia ad illũ actũ ꝑpetrandũ.ſ.tp̃s in q̊ act⁹
geſtus eſt.ꝛ ratihabitionis tp̃s.qꝛ ſi vnũ iſto
rum deficit non ꝓcedit ratihabitio. qꝛ cũ ra/
tihabitio ſit fictio iuris non põt ꝓcedere ſup
impoſſibile de q̊ plene ꝑ Bar.in l ſi is qui ꝓ
emptore.ff.de vſucap. Exemplũ quidã noĩe i
fantis interfecit. Maior factus ratum habꝫ
certe talis ratihabitio nõ retrotrahit.qꝛ im
poſſibile erat tunc tp̃is tale mandare. Exem/
plũ ð alio extremo. Ab aliq̊ habebã terminũ
ad aliqd agendũ.amicus me⁹ noĩe meo fecit.
ego poſt terminũ ratũ habui.nõ retrotrahit
qꝛ ſicut poſt terminũ nõ potuiſſeꝫ vere facere
ſic nec ficte. Ratio qꝛ vbi certũ tempus eſt ð
ſubſtantia.ibi oportet obſeruari tp̃s.al's act⁹
eſt nullus ipſo iure.ff.de excu.tu.l.ſcire oꝫ.§.
conſequẽs.qꝛ recedere a tpe eſt recedere a for
ma.ff.de ver.ob.l qui rome.§.augerius.vide
bonã glo.in.l.ſi ego.ff.de neg.ge.in fi.ꝛ pro h̃
facit tex.in.l.bonoꝝ.ff.rẽ ra.vide bonã glo.in
c.qꝫ ſit.de elec.li.vi.facit qð no. Car.in cle.qð
circa.de elec.vbi dicit ꝙ fictio non põt id qð
ſm naturã eſt impoſſibile. Exemplũ inſti.de
adop.§.minorẽ. vbi quis non põt adoptare
eũ quẽ non antecedit ꝑ tot annos ꝙ eũ gene
rare poſſet. Similiter non poſſet fingi ꝙ qs
viueret hodie q.ccc.annis preteritis mortuus
eſt.inſti.de excu.tu.§.ſed ſi in bello. Quinto
requirit ſm Inno.in.c.prudentiã.de of.dele.
ꝙ illud qð quis facit valeat. vt ſit aliquid. qꝛ
qð nihil eſt.non põt ratum haberi.vñ excõi/
catus noĩe alterius non valet.licet ille ratum
habeat.niſi tempore qui poteſt excõmunicet
Similiter ſi quis iuriſditionem faciat noĩe
iudicis non poteſt ratum haberi.qꝛ que facta
ſunt.ꝛ ſolẽnitatẽ requirũt non pñt rata habe
ri. Et iõ cum ſnia a non ſuo iudice lata.ſit nul
la.de iudi.at ſi clerici.ꝛ cũ alie ſolẽnitates req
rantur quas ipſemet qui ratum habere vult
ſi omitteret nõ teneret qð facit.ergo nec ratũ
habere poteſt ſi ab aliquo omittat. facit.d.l.
obſeruare.in fi. Sexto requirit ꝙ poſſit man
datum ꝑ aliud fieri.qꝛ ſi ꝑ alium non poteſt
fieri ratihabitio nõ retrotrahit.vtputa facit
quis adulteriũ vel fornicationẽ nomine meo
non poſſum ratũ habere.vt dicit glo.in.l.i.§.
quotiẽs.ff. de vi ꝛ vi ar.ꝛ Cy.in.l.non dñs.C
de accu.ꝛ in.c.ſciant cũcti.de elec.li.vi. Limi/
ta iſtud verum in alijs que non ſunt delicta.
ſed quo ad delicta. licet non ꝓprie cõmittat.
ſed interpretatiue.ideo eadem pena punit tã
qꝫ eiuſdẽ delicti particeps ꝛ mãdator.vt no.
Bal.in.l.vnica.§.ne autem.C de cadu.tol.

¶ Vtrum actus qui debet expediri ꝑ conſen 5
ſum in cõi preſtitũ valeat ſi ſinguli cõſentiãt
vt ſinguli non collegialiter. R. Pa in c.cum
in eccleſia.de cauſa poſſeſ.ꝛ proprie.ꝙ nõ. vt
in.c.in geneſi.de elec.ꝛ.l.ij.C.de decurionib⁹.
nec eſt ſpeciale in electione. qꝫuis gl dicat cõ
trariũ in.c.i.de re.ec.non alie.li.vi. Sꝫ tu tene
ꝙ ñ valet. Et h̃ ſentit poſtmodũ Joan.an.ibi
dẽ in nouella.ꝛ firmat Jo.cal.in.c.cũ oẽs.de
teſti. ꝛ Bart.in.l.oẽs populi.ff.ð iuſti.ꝛ iur.

Conſeruatoꝛ quis poteſt eſſe ℟. ꝙ ſi daf a pa
pa oꝫ ꝙ ſit eps vel ſupioꝛ platus. vl' ab
bas vel hñs dignitatē vel pſonatū i cathedra
libus. aut collegiatis eccl'ijs. Jtē ꝙ nō ſit de
iuriſditōe vl' dñio ſeu diſtrictu eccl'iaſtico vl'
tpali illius cui daf ꝓ ꝯſeruatoꝛe exceptis illis
qui regibus ⁊ reginis danf. Jtē ꝙ non ſit cō
ſeruatoꝛ ꝯſeruatoꝛis ſui habenf hec in. c. hac
ꝯſtitutōe. de offi. dele. li. vi. ⁊ ex̄ ciuitates vel
dioceſes in quibus fuerint deputati. vel alibi
q̄ꝫ in ciuitatibus. ſeu locis inſignibus vbi co
pia poſſit hri peritoꝝ ꝓcedere nō pñt. nec ali
quos vltra vnam dietā a fine dioceſis eorū
dē trahere pñt. vt in. d. c. hac conſtitutione.
1 ¶ De quibꝰ pñt ſe intromittere. ℟. ꝙ ſolū de
manifeſtis iniurijs ⁊ violētijs. ⁊ ſi de alijs ſe
intromiſerint vel ad ea q̄ iudicialē indaginez
requirūt ſuā ptātem extenderint ſūt ſuſpenſi
ꝑ vnū annū ab officio. ⁊ ps que hoc fieri ꝓcu
rauerit excōicationis ſniam incurrit ipo fcō
a q̄ non poterit abſolui niſi ꝑ̄ ſatiſfaciat inte
graliter de expenſis. vt i. d. c. hac ꝯſtitutione.
2 ¶ Quid ſi reus negat notoꝛium ⁊ actoꝛ vult
pꝛobare. ℟. ꝙ cōſeruatoꝛ cognoſcere poterit
qꝛ quilibet iudex cognoſcere poteſt an ſua ſit
iuriſditio. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi.
3 ¶ Quantum durat eoꝝ officiū. ℟. ꝙ vſqꝫ ad
obitū concedentis. ⁊ tunc expirat quo ad ne
gocia non cepta. vt in. d. c. hac conſtitutione.
4 ¶ Circa munera ⁊ expenſas aſſeſſoꝝ ⁊ nota
rioꝝ tenef obſeruare qd̉ d̉ legatis ſtatutū eſt
de quo vide. ĵ. iudex. §. viij. cum ſequentibus
5 ¶ Quid de attētatis ꝑ conſeruatoꝛes ꝯ̈ pꝛe
miſſa. ℟. ꝙ irrita ſunt ipſo iure. d. c. hac ꝯſtitu
tione. ⁊ hec vera ſunt niſi in eoꝝ litteris alia
ptās eis daretur. vt fit cōmuniter Et ſic pꝫ
ꝙ hodie parum valet hec pꝛouiſio.
6 ¶ Sed quid ſi alius q̄ꝫ ille cuiꝰ eſt ꝯſeruatoꝛ
ꝓcuraret vt ſe intromitteret de alijs nunqd
cēt excōicatus. ℟. Dc. in. d. c. hac ꝯſtitutione
ꝙ nō. niſi participaret cū pte poſtq̄ꝫ excōica
tionē icurrit. qꝛ tunc ligaref eadē excōicatōe
participando in crimine crimnoſo. al's non.
7 ¶ Quis pt abſoluē iſtū. ℟. Archi. Joan. mo.
⁊ Jo. an. in. d. c. hac conſtitutione. ꝙ oꝛdinari
us ex quo cōditoꝛ canonis nō ſibi reſeruauit
8 ¶ Utrum poſſit vices ſuas alteri cōmittere
℟. ꝙ non. niſi citationes ⁊ ſententiarum de
nunciationes. niſi aliud ſpecialiter in eoꝛum
litteris contineatur. d. c. hac conſtitutione.

Conſilium eſt voluntatis. Pꝛe ceptum neceſſitatis
xiiij. q i. quod pꝛecipitur. tñ qui cōſilio
domini non vtitur. minus boni adipiſcitur
c. quiſquis. ca. q. Et merito arguitur qui conſi
lia ſapientium ⁊ recta ſuadentium. non vult
recipere. lxxxiiij. di. c. i. Et in dubijs dꝫ homo
requirere conſiliuꝫ. xvi. q. ij. viſis. ⁊ di. xx. c. vlt.
xi. q. iij. excellentiſſimus.
¶ Utrū quis tenear ex cōſilio dato. ℟. ꝙ aut 1
dat quis conſilium delinquēti. aut ꝯtrahenti
Si delinquenti quo ad pctm̄ indiſtincte inol
uif. ſed quo ad penā ſeu reſtitutionē faciēdā
diſtinguo aut talis erat facturꝰ ēt ſine cōſilio
⁊ tūc ſi dedit cōſiliū ope. tenef inſti. de ob. que
ex delic. na. §. at vbi ope. ff. de fur. l. ſi qs vxoꝛi
§. i. ēt ſi conſiliū nō adhibuit pꝛincipalit. ſꝫ ſe
cundario. ff. de fur. l. ſi pignoꝛe. §. pe. inſti. de
fur. §. ope. vtputa accōmodauit ſcalā ad aſcē
dēdū ⁊ hmōi. Si vo dedit cōſiliū ſine opere.
al's facturo. nō tenef. d. §. at vbi ope. Nec ob
ſtat. l. in. §. ſi qs. ff. de ſer. coꝛ. qꝛ eſt caſus ſpe
cialis in q̊ non dꝫ augeri malitia ſerui laudā
do. Uel pōt dici ꝙ ibi non ſolū cōſuluit. ſꝫ ēt
laudādo incitauit. qd̉ magis eſt. ꝓ h̄ facit qd̉
not. in. l. ſepe. §. fi. ff. de ver. ſig. ⁊ in. l. i. in fi. ff.
man. Si vo non erat facturus. tenef. l. ſi re
munerandi gratia. §. plane. ff. man. ſed nō ei
cui dedit conſiliū ſm glo. in. l. nullꝰ ex conſilio
de re. iur. li. vi. ſed ei contra quē ⁊ eius malefi
cij noie. puta ſi fecit homicidium homicida ē
l. di. ſi quis viduā ⁊ hmōi. Sed tu dic in con
ſcientia teneri etiam ei quē male conſulendo
coꝛrupit quantū poteſt exhoꝛtando ad bonū.
ar. vi. q. i. deterioꝛes. Si vo dat conſiliū con
trahenti ⁊ tunc ſi eſt fraudulentū tenef indi
ſtincte. ff. de dolo. l. ꝙ ſi cū res. vbi ille q cōſu
luit doloſe ⁊ ſui lucri cā mutare debitoꝛi non
idoneo tenef actione de dolo ei cui cōſiliū de
dit. ad idē. ff. de ꝓſo. l. ij. Si vo nō eſt fraudu
lentū non tenef. vt in. d. regula nullus ex con
ſilio. ff. de dolo. l. eleganter in fi. Et hoc verū ſi
eſt ſimplex conſiliū. qꝛ ſi eſſet mandatū q̄ꝫuis
non ſit fraudulentum. ſi eſt deſignata certa ꝑ
ſona. puta mandat quis tibi vt titio pecuniā
tradas. ⁊ ſic tenetur indiſtincte. etiam ſi al's
erat facturus. ff. man. l. ij. §. tua ⁊ aliena. ⁊. ff.
de nego. geſt. l. iij. §. plane. Si vo non eſt deſi
gnata certa pſona. ⁊ tunc ſi al's nō erat factu
rus tenetur vt in. d. §. plane. al's non.
¶ Utrum ille qui debet aliquid agere cū con 2

ſilio alicuius poſſit procedere ſi ille moꝛtuus eſt vel eſt abſens vel non vult conſulure. R. vt colligo ex Dc.i.c.i.ne.ſe.va.li.vi. ⁊ Pan. in.c.ex parte.de conſti.ꝙ aut conſilium debet peti ex ſtatuto vel ex conſuetudine.⁊ tunc po teſt procedere ſi ille moꝛtuus eſt. vel remotus vel non vult dare quando periculoſum eſt ex pectare reſpectu actus ſuper quo requiri dʒ ſicut collatio beneficij. ⁊ huiuſmodi. Si vero conſilium non requiritur per ſtatutum vel ꝯ ſuetudinem ſed de mandato alicuiuſ. Domi. ibidem tenet ꝙ non poteſt procedere. ſed dʒ ad mandantē referri. Et hoc veruʒ ſm Vin. ⁊ Compo.niſi cōmiſſio facta fuiſſet ſub noīe dignitatis.qꝛ ſi moꝛtuus eſt expectabitur ſuc ceſſoꝛ.ar.c.quoniam abbas.de offi.dele. Pa. vero limitat verum niſi iminecat periculuʒ ex dilatione.arg.l.ſi longius.§.ſi filius.ff.ď iudi. ⁊ in.l.ſi cum dotem.§.ſed ſi latitat.ff.ſolu.ma tri.⁊ hoc ſentit Bart.in.l.i.§.ſi plures.ff.ď ex ercito. Ratio ſm eum quia mandatum debʒ intelligi ſm iura.arg.c.ex litteris.de conſti. ⁊ c.ij.de reſcrip. Sed de mente iuris eſt ꝙ ſi po teſt haberi.habeatur.⁊ ſi non poteſt haberi.⁊ periculum ſit in moꝛa.procedatur ad conſu/ matōnem actus.vt in.d.c.i. Et placet mihi qꝛ ſic videtur de mente mandantis.

3 ¶ Vtrum actus geſtus teneat ſi poteſt peti conſilium ⁊ non petiť. R. Panoꝛ.in.d.c.ex ꝑ te.ꝙ ſi mandatoꝛ ex foꝛma mandati voluit re quiri cōſilium.non tenet actus niſi requirať. vt in.c.cum in veteri.de elec. Si vero eſt ex di ſpoſitione legis.⁊ tunc ſi lex a pꝛincipio cum dedit poteſtatem mandauit conſilium requi ri.ſimiliter non valet ex defectu poteſtatis qꝛ habuit eam mollificataʒ ⁊ qualificatā. Et ſic intellige tex.in.c.nouit.de his que ſi.a pꝛela.ita ꝙ ſine clauſula decreti actus eſt null⁹.aut ha/ benti pꝛius ptātem mandauit ſuperioꝛ vt ꝓ cedat cum conſilio.⁊ tunc tenet.lʒ ſit punien/ dus.arg.c.dilectus.el ſecundo.de pꝛeben.vid glo.ſingularem in cle.i.de iure patro.

teratus. xxv. ut in cle. generalē. de eta. ⁊ quali.
ordi. Si tñ ordinet̃ añ dictā etatē quis ſuſci/
pit quidē characterē ordinis. ſed ñ executōeꝫ
vſqꝫ ad completū tp̄s. ut no. in. d. cle. genera/
lem. nec epiſcopus poteſt diſpēſare. ut ibi no.
3 ¶ In beneficijs regularibus in abbatiſſa. xxx
annoꝝ completoꝝ. ſil̓r ⁊ in prioriſſa. ſeu mr̄e
uel miniſtra que habet regere monaſterium.
ut in. c. idēnitatis. de elec. li. vi. In abbate. xxv
annoꝝ inceptorum. per. c. cum in cunctis. i. §.
inferiora de elec. vbi regulariter ad quālibet
dignitatē obtinendā requirit̃ illud tp̄s. licet
nō de abbate ſit aliquid ſpāliter expreſſū. In

prioratu collegiato. i. ꝙ habeat ſub ſe collegiū
xxv. annoꝝ inceptoꝝ. ar. cle ne in agro. §. cete
rum. de ſta. regula. In prioratu vero non con
uentuali ſi habet curam aiarum. quā habeat
ꝑ ſe exercere requirit̃. xxv. annoꝝ inceptoꝝ
qꝛ oꝫ ſit ſacerdos. ſecus ſi non hꝫ ꝑ ſe exercere
tunc ſufficit etas. xx. annorum completorum
d. §. ceterum. In prioratu autem qui non hꝫ
curam aiarum requiritur etaſ. xiiij. annoꝝ cō
pletoꝝ. qꝛ oportet ſit ꝓfeſſus. c. nullus. đ elec.
li. vi. Et ita tenet Pa. in. c. ſuꝑ inordinata de
preben. licet Fede. dicat ſufficere etatem. vij.
annoꝝ. cui non credo. qꝛ oportet ſit profeſſus
in religione. ut dictuꝫ eſt in beneficijs. ſecula
ribus que habent dignitatē. In epiſcopo. xxx
annoꝝ completoꝝ. c. cum in cunctis. de elec.
Inferiora vero ep̄atu requirunt ꝙ attigerit.
xxv. annū. d. c. cū in cunctis. §. inferiora. Ep̄s
tñ poteſt diſpenſare in dignitatibus uel ꝑſo
natibus curam aiarum nō habentibuſ. ut. xx
annū completū habeant. c. ꝑmittimuſ. de eta.
⁊ quali. li. vi. In bñficijs vo ſimplicibus ſūt
opiniones. ſed mihi placet opinio Cald. quā
ſequitur Pa. in. c. ſuꝑ inordinata. de prebē.
ꝙ ſi bñficiū ſonat in nomen rectorie. utputa
qꝛ eſt eccl̓ia uel capella ꝑ ſe ſtans hñs ad regi
men clericū. tunc requiratur etaſ. xiiij. annoꝝ
completoꝝ. ut in. d. c. indecoꝝ. de eta. ⁊ quali.
ordi. qꝛ qui neſcit ſe regere nec eccl̓aꝫ. Si vo
nō ſonat rectoriā ſed eſt beneficiū in eccleſia.
tunc ſi requirit maturitatē cōſilij ut in cano
nicatu eccl̓ie cathedralis. Hoſt. ⁊ Archi. te/
nent ꝙ requiritur etas. xiiij. annoꝝ. qꝛ ante ñ
poteſt iura ſapientū tractare. ſicut dicimus i
milite volenti teſtari ante illā etatē in. l. licet.
ff. de te. mili. Si vero non requirit maturita
tē conſilij. tunc. vij. annoꝝ eſt etas. ⁊ iſta ſunt
bñficia in multis eccleſijs pro clericis pueris
¶ In electionibus monialiū requirit̃ etas. xij 4
annoꝝ completoꝝ aliter nulla admittitur ad
eligeñ. ut in. c. idēnitatibus. đ elec. li. vi. In iu
ramēto ⁊ teſtimōio requirit̃ pubertas. ut no.
in. c. paruuli. xxij. q. v. ⁊ in. c. teſtes. iiij. q. iij.
¶ In teſtamentis ⁊ multis alijs que omitto. 5
qꝛ ad nos nihil requirit̃ pubertas in electōne
ſepulture requirit̃ ꝙ ad annos pubertatis ꝑ
ueniat. ar. c. lꝫ. de ſepul. li. vi. Quō cognoſcet̃
qñ requirit̃ etas cōpleta qñ de mente ignorat̃
ſtatuentis uel diſponentis. Reſpondit Bar.
in. l. ſi cui. ff. de le. i. ꝙ qñ etas ꝓfertur in geni/
tiuo requirit̃ ꝙ cōpleta ſit in ablatiuo cū pre/

poſitione in ſufficit ſit inchoata. ſine prepoſitione requiritur completa.cle.i.de ſe.poſ. In accuſatiuo cũ verbo ſignificãte rem perfectã ut prepoſitio.p. uel cum futuro coniunctiui requiritur comperta.l.non putabam. z.l.ſi in annos.ff.de condi.z demon.ſine tali verbo ſi de fauore agitur ſufficit inchoaſſet ſi de odio requiritur completus.l.ad rem publicaʒ.ff.d͡ mu.z bo.In accuſatiuo cum prepoſitione ad ſufficit inchoari.l.qui filium.ff.ad treb.

Euagatio mentis eſt filia accidie. ꝓpter tediuʒ boni opis euagaẽ varia cogitando ut ipʒ tedium euitet. z hec inducit ad multiloquiuʒ z vaniloquium.z audieñ noua. z facit inſtabilem in loco.que tunc ſunt mortalia cũ ſit p predicta contra aliquod preceptuʒ al's venia le.hec ex ſancto Thoma.ſa ſe.q.xxxv. In oratiõe autem an ſit peccatum.vide.Oratio.§.x

Euangelium legẽs ſacerdos vtitur ſtola ſicͫ diaconus.xxxij.di. eccleſiaſtica. Euangelium non ſedendo uel genuflexo ſed ſtando audire debemus de conſe.di.i.apoſtolica.

Eucharistia i.bona gratia ab eu qð eſt bonuʒ z charis gratia.z ſic noiatur ſm q continet realiter xp̃m qui eſt plenus gratia. ſʒ vo qð eſt ſignũ rememoratiuũ paſſionis xp̃i.que fuit ſacrm verum dicitur ſacrificium.ſm aũt qð eſt ſignũ demõſtratiuũ vnitatis eccl'ie cui hoies aggregantur per ipſam dr cõmunio.ꝓ ut vero eſt prefiguratiuũ diuine fruitionis.q̃ eſt in pria dr viaticum.q2 prebet nobis viam perueniendi ad illam.vel q2 datur tranſeuntibus de hac vita ad ipſũ xp̃ʒ. vnũ tñ eſt ſacrm̃ in quo ſũt tria.ſ.ſpẽs viſibilis. corpus xp̃i verũ.z corpus xp̃i myſticũ.ſ.eccleſia. z ſm q dicͫ Aug. Primũ eſt ſignuʒ ſecundi z tertij.Secundũ eſt res z ſignũ z cauſa tertij.Tertiũ eſt res ſecũdi z veritas primi.de quo de cele.miſ ſa.in.c.cum Marthe.§.diſtinguendum eſt.

1 Que eſt materia debita hui⁹ ſacri.R.q panis triticeus z vinũ vitis.vſus.n.huius ſacri eſt refectio que ad ſui integritatem cibũ z potum requirit. Significatio ẽt eius eſt duplex vna paſſio xp̃i in qua ſanguis fuit ſeparat⁹ a corpore. alia eſt cibatio corporis z aie. z propterea pp cõueniemtiã vſus z ſignificatiõis duplex materia exigebatur.

2 Utꝝ poſſit cõfici de pane farris z ſpelte uľ ſiliginis.R.lʒ aliqui dixerint q ſic. tu tñ tene q non pt confici niſi in pane triticeo.i.frumẽti.ſm Sco.in.iiij.diſt.xi. z cõiter theologos.

Utrum in paſta facta de tritico poſſit confici.R.ſm Sco.vbi.ſ.q non. 3

Utꝝ poſſit confici in pane corrupto.R. q nõ.qñ tanta eſt corruptio q panis ſpecies ſoluunẽ ſicut qñ ꝯtinuitas ſoluiẽ.z ſapor z color z alia accidentia mutanẽ.ſecus ſi eſſet aliqua diſpoſitio ſolũ ad corruptionẽ quaʒ declarat aliqua immutatio ſaporis.q2 ſic poteſt cõfici 4

Utꝝ in amido poſſit confici.R.Sco.vb.ſ q multo ꝓbabilius eſt q non.iõ peccat z iudicio meo grauiter. qui ex tali materia ꝯficit ſcienter ſiue q preparat.ille ãt q ꝯficit ignorãter.lʒ nõ ꝯſecret.tñ nõ ẽ idolatria ſʒ Sco.vbi ſ.nec idolatrare facit.q2 quantũ in ſe eſt mãʒ eſſe idoneam z ab alijs adorandaʒ ſupponit. 5

Utrum poſſit confici in pane fermentato R.ſm Sco.in.iiij.di.xi.q ſic.z tex.eſt in.c.litteras.de cele.miſſa.z in.c.in ſacro.d͡ conſe. di. ij.ſed grauiter peccat latinus ſi celebrat i fermentato. z ut dicit Sco. forte etiam grecus grauiẽ peccat propter multa que adducit ibidem.ſed maxime q2 xp̃s in azimo conſecrauit 6

Utrum poſſit cõfici in pane facto de aqua roſea uel endiuie z hmõi.R. quidam theologi in.iiij.di.xi.tenent q non poteſt confici de pane facto ex quocunqʒ alio liquore.ſed oportet ſit factus de aqua vera aliter vere panis ñ eſſet.Alij autem theologi tenent q põt ꝯfici q2 aqua ipſa non requiritur ut maneat in ſpẽ propria.imo mutaẽ in naturaʒ aliam.ſed ego credo q non poteſt. q2 chriſtus fecit in pane facto ex aqua natutali.z ſic ſerua. 7

Utꝝ ſi grana alterius generis admiſceantur cũ tritico poſſit confici.R.ſm cõiter theologos in.iiij.di.xi.q ſi admixtio ſit predominãs uel eq̃lis eſt virt⁹ in vtroqʒ miſcibiliuʒ q non poteſt confici.q2 mutaẽ ſpecies z cognoſcitur ex colore precipue z ſapore.Accidentia enim magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt.primo de aia. ſecus ſi non eſt equalis admixtio q2 confici poteſt. 8

Circa materiam vini queritur vtruʒ poſſit confici de alio vino q̃ʒ de vino vitis.R.ſʒ cõiter doc.in.iiij.di.xi. q non. z ratio potiſſima q2 ſic chriſtus inſtituit.Lu.xxij. 9

Utꝝ poſſit ꝯfici in aceto.R. Inno.de offõ miſſe dicit q ſic.ſed ſm theologos.marie Ri. in.iiij.di.xi.dic q non poteſt.q2 vinũ z acetuʒ ſ differunt ſm pħm.viij.Methaphiſice. ſicut 10

vinum τ mortuū. In vino tñ ƒm Ricar. vbi ſ. τ cōiter alios qḋ accedit ad accedinē manente tñ adhuc forma ſubſtantiali vini poteſt cōfici. Idē dic qñ putreſcit pfecta putrefactōne que redire nō poteſt ad complexionē vini ꝙ non poteſt ꝯfici. ſi vo ſit in via ad corruptionem poteſt confici. ſilr ſi vino ſit cum ſapore vinoſo ſapor aromaticus. uel ponticus uel acerbus ex minus perfecta digeſtione vini.

11 ¶ Utrum in agreſto poſſit confici. R. ꝙ non. qꝛ nihil recipit ſpecie3 niſi ſit in termino ſue generationis. τ ideo non eſt vinum.

12 ¶ Utrꝫ in muſto poſſit confici. R. ꝙ ſic. ſi eſt expreſſum extra vuā ſed non in eo qḋ ad huc continetur in vua matura. ar. ḋ conſe. di. ij. c. didicimus. τ. c. ſe. τ hec eſt verior opinio qꝛ ſic non eſt ſub ſpecie potabili ſed potius edibili.

13 ¶ Utrꝫ poſſit confici in poſca ſeu in aqua vinata ſeu in aqua ſuperfuſa ſup aceruos vuarum poſtꝙ vinū eſt expreſſum aut in aqua rubea in qua lotus eſt pannus vino rubeo tinctuſ. R. ƒm cōiter doc. ꝙ non qñ tollit virtutē vini aqua addita. facit de conſe. di. ij. c. cu3 oē τ de cele. miſſa. c. pernitioſus.

14 ¶ Quid ſi aqua eq̄liter miſceaſ vino. R. Ri. vbi. ſ. ꝙ aut ſit ƒm quantitatē equale3 molis aut ƒm proportionē equalē virtutis. primo mō nō tollit ſpēm vini qꝛ eſt magis actiuum ꝙ aqua. nec tñ vinū poſſet cito in ſui naturā aquā cōuertere. τ iḋ ſola vini ſubſtantia trāſubſtātiareſ in ſanguine. ſcḋo mō generatur tertia nā. ex duob9 que nec eſt vinū nec aq̄ ſed nō ſtatim. qꝛ natura nō operatur in inſtanti. ꝙuis eaꝝ termini ſint in inſtanti: τ iḋ tam cito poſſet ſacerdos conficere poſt talē appoſitionē ꝙ illud qḋ fuit ibi vinū cum adhuc nō eſſet tranſmutatū ad cōpoſitionē nature tertie ꝯuerteret in ſanguinē xpi. Si tñ anꝙ proferret verba ꝯſecrationis eſſet tertia nā ꝯſtituta nō poſſet ꝯfici ſanguis xpi. qꝛ ſpēs cōponētiū ex quibus ꝑ eētiā ꝯſtituiſ vinū incomposito nō remanēt ƒm eſſentias niſi forte diminute. uel ƒm quid qḋ dico pp opinionē illorū qui dicūt eas manere incōpletas. Aduerte ꝙ licet ut dixi poſſit cōfici in mā panis uel vini qñ admixtio uel corruptio non tollit virtutem ipſoꝝ tñ peccat qui ſine neceſſitate ꝯficit preterꝙ i pane triticeo puro τ incorrupto. τ ſilr in vino non acetoſo τ purificato pp irreuerentiā ſacri ƒm omnes doc. in. iiij. di. xi.

15 ¶ Utrꝫ debeat aqua admiſceri in vino calicis R. ꝙ ſic. c. lras. de cele. miſ. τ de conſe. di. ij. c. ſi τ. c. omne crimen. τ q̄r hoc. vide ibide3. τ in. c. cum marthe. de cele. miſſa.

¶ S3 nūqd ſufficit ꝙ fuerit appoſita in dolio R. S. Bo. in. iiij. di. xi. ꝙ nō. ſ3 tūc d3 apponi qñ ſacra miſteria ichoāſ ēt ſi al's fuiſſ3 poſita 16

¶ Quid ſi omittaſ. R. ꝙ nihilominus ꝯficiſ de conſe. di. ij. ſcriptura. ſed peccat mortalr q ſcienter eam non apponit. ar. c. litteraſ. de cel. miſ. qui vero omittit ex negligentia et hoc ꝙ hūit diligentiā ſemiplenā peccat venialiter. ſed grauiter. qꝛ quantu3 iſtud ſacrm precellit alia ſacra τ opera tm̄ in eo magis ꝙ in alijs negocijs preponderat negligentia ƒm ſanctū Bo. in. iiij. di. xi. Si autem omiſit ex negligētia eo ꝙ nullam diligentiam adhibuit mortaliter peccauit ƒm Ale. 17

¶ Que aqua debet apponi. R. ꝙ ſola aqua naturalis. c. in quadam. de cele. miſſa. 18

¶ In quanta quantitate. R. ꝙ l3 aliqui canoniſte aliter dicāt. tu dic ꝙ modica aqua d3 apponi maxime ſi vinū eſt debile. vt ſic ꝯuertaſ in vinū ƒm probabiliorē opinionē ꝙ eſſe non poſſet niſi eſſet modica appoſitio. aliter ſi apponeretur in tanta quantitate ꝙ ſoluerentur ſpecies vini non conficeretur. ut dictum eſt. 19

¶ Quid fiendū in illis ptibus vbi vinu3 hrī nō pt. R. ꝙ papa pt diſpēſare ut ſine ſanguie corpus xpi conficerent. ne pp defectū ſacri incurrerent maximū dānū. cum corpus nō ſit ſine ſanguine in hoſtia. τ ideo papam adeant 20

¶ Circa formā hui9 ſacri queritur que ſit forma tranſubſtantiationis panis. R. ꝙ eſt iſta. Hoc eſt enim corpus meum. facit. c. cu3 marthe. §. ex eo. dicitur de cele. miſ. 21

¶ Utrꝫ hec cōiunctio eni ſit de ſubſtantia forme. R. ꝙ nō. ſed poniſ ibi ad denotandū ordinē conſecrationis ad vſum materie ꝯſecrate. qui tñ nō eſt de neceſſitate ſacri. vnde nec cōiunctio ſilr. ſcienter tñ omitti nō d3 vbi vſus eccleſie illius antiqu9 h3. ƒm vero Sco. in. iiij di. viij. lin. ibi ponitur ad coniugendu3 ne. ſ. verba forme ſine precedentibus proferantur Ideo credo mortaliter peccarēt. qui ſcienter omitterent tam in conſecratione panis ꝙ vini. qꝛ ita habet vſus generalis eccleſie romane 22

¶ Quid demonſtrat li hoc pnomen demonſtratiuū. R. mihi placet opi. Ricar. de ſancto victore li. ḋ trini. ꝙ ibi ſit demōſtratio mixta ſ. partim ad ſenſu3 τ ptim ad intellectū ſub h ſenſu illud i qḋ h trāſubſtātiabiſ ē corp9 meū 23

q2 ſicut iſta ppoſitio eſſet vera ⁊ magis ꝓ
pria ſi demonſtrando cibum diceret hoc eſt
corpus meū.ſ.illud in quod iſte cibus eſt trāſ
mutandus eſt corpus meū qn̄ virtute eius in
prolationis termino ille cibus fieret corpus
meū. Sic in propoſito. quia ibi virtute ver/
borum in complemento ⁊ termino ipſius ora
tionis panis fit verum corpus chriſti. Alij
tn̄ aliter dicunt. vide in.iiij. ſniarum. di.viij.
14 ¶Utrum preſbyter dicens ſolūmodo prefata
verba ſup pane conſecret.R.ſm Sco.in.iiij.
di.viij ꝙ non.ratio q2 dicendo hoc eſt corpus
meū non referē ad corpus chriſti. ⁊ ideo licet
non ſint alia verba de ſubſtantia forme ꝙ̄ p/
dicta.tn̄ de neceſſitate requiritur ut exprimā
tur aliqua verba ex quibus prefata forma ſo
lūmodo determineē ad corpus chriſti ſicut fit
cum dr̄ fiat dilectiſſimi dn̄i noſtri Jeſu chri/
ſti qui pridie ⁊c̄.aliter nihil fieret. ⁊ hoc tene
ꝙ̄uis quidam teneant contrarium ⁊ male.
15 ¶Utrum ſacerdos poſſit quantūcūq3 materiā
panis virtute prefatorum verborū tranſub/
ſtantiare in corpus chriſti.R.ſm Ale.in.iiij.
tractatu de euchariſtia ꝙ non. ſed ſolūmodo
illam quantitatē qua rationabiliter poteſt ſu
mi a fidelibus.q2 ſic intentio dn̄i dantis for/
mam conficiendi fuit ut ſumeretur qđ patet
cum dicit.Accipite ⁊ comedite ſic eſt intentō
eccleſie ⁊ debet eſſe cuiuſlibet ſacerdotis con/
ficiendi.ut ſumatur in vſum ſacramenti im/
plicite vel explicite.⁊ ideo ſi intenderet conſe
crare totum panem qui eſt in foro q2 non con
formaret intentionē ſuā intentioni eccleſie
ſic non conficeret non ex defectu virtutis v/
borum que vna vice poſſet conficere tot ho/
ſtias ꝙ ſufficerent toti mundo ſi eſſet neceſſi/
tas eccleſie ſed propter defectū intentionis il
lius qui hoc ſacramentū inſtituit qui non in/
tendit in ludibrio uel ſtultitia fiat cōſecratio
ſed pro vtilitate eccleſie generalis uel particu
laris.⁊ ſic patet ꝙ multominus conſecrat qui
conficit ad irriſionem veneficia ⁊ huiuſmōi
⁊ licet Tho.in.iiij.di.xi.teneat ꝙ īmo cōficit
non cures. ſed tene quod.ſ.dixi. ut tenet.S.
Bo.in.iiij.di.x.⁊ Pe.ca.di.⁊ multi alij ꝙ̄uis
etiam opi.Tho. poſſit ſuſtineri ſm ꝙ etiam
Ri.ca.di.ſuſtinet ſi intelligatur ꝙ conficiens
intendat.primo conficere licet conſequenter
ad veneficia.ſed prima magis videtur ratio/
nabilis.⁊ ideo tene eam.
16 ¶Utrum ſacerdos virtute verborum prefato/
rum poſſit vnam partem ipſius hoſtie conſe
crare ſine alia hoſtia continue remanente.R.
ſm Ri.in.iiij di.x.ꝙ ſic.ſi intenderet determi
nate ad alteram partem.puta dexteram uel a
tali ſigno citra. q2 verba non operantur niſi
ſuper illam materiam ad quā3 preciſe fertur
intentio conſecrantis.ſecus eſſet ſi intentio ꝯ
ſecrantis nō eſſ3 determinata magis ad vnā
partem ꝙ̄3 ad aliam ſed in vago.q2 tunc ſi nō
intenderet niſi medietatē conſecrare ſolū nul
la pars eſſet conſecrata q2 reales operationes
nō ſunt circa ſingularia vaga.ſed circa deter
minata.⁊ ideo oportet ꝙ intentio ad quam ſe
quitur realis determinatio aliquod determi
natum ⁊ determinate reſpiciat. Et ex predi/
ctis ſoluitur alia queſtio de ſacerdote qui ha/
bet.xx.hoſtias ⁊ ex illis non intendit cōſecra/
re niſi.xviij.ꝙ nullam conſecrat niſi intentio
ſua ſe determinet determinate ad quas vult
xviij. Secus ſi credens ꝙ ſint ſolū3.xx. ⁊ ſunt
xxij.tamen intendit conſecrare quicquid eſt
ante ipſum.ſic omnes ſunt conſecrate. Item
patet ꝙ hoſtie in altari ex obliuiōe reſeruate
⁊ gutta vini in pede calicis ⁊ huiuſmodi nō
conſecrantur. quoniam ad eos non refertur
intentio conficientis.
¶Quid ſi ſacerdos acceptis pluribꝰ hoſtijs 27
conſecrandis quando venit ad actum conſe/
crationis non aduertit niſi ad eam quam ha/
bet in manu.R.ſm Fran.de May.in.iiij. di.
xij.quidam dicunt ꝙ non ſunt alie conſecrate.
Sed tu dic cum Sco.ꝙ omnes ſunt conſecra/
te.quia non requiritur de neceſſitate intentō
actualis.ſed virtualis que fuit quando prefa/
tas hoſtias accepit ut eas conſecraret.
¶Circa formā3 vini conſecrandi queritur q̄ 28
ſit.R. ꝙ hec.ſ. Hic eſt enim calix ſanguinis
mei noui ⁊ eterni teſtamenti qui pro vobis ⁊
pro multis effundetur in remiſſionem pecca
torum.hec quotienſcūq3 feceritis in mei me/
moriam facietis.ut in.d.§.ex eo nō. Dn̄ ſan/
ctus Bo.in.iiij.di viij.⁊ mlti doctores ibidē
tenent ꝙ ſolum de ſubſtantie forme predicte
ſunt iſta verba. Hic eſt calix ſanguinis mei.
Alia vero ſequentia non ſunt de ſubſtantia.
ſed pertinent ad ornatum.⁊ ad oſtendendum
vſum vel dignitatem ibi accipite ⁊ bibite ⁊c̄.
aut effectum.ut ibi noui ⁊ eterni.⁊c̄. Alij te/
nent vt ſanctus Tho.in.iij.q.lxxviij. ꝙ omia
ſunt de ſubſtantia forme vſq3. Hec quotiens
cunq3 ⁊c̄. Sed Sco.ca.di.viij.dicit ꝙ cu3 nō

non ſit nobis traditū ꝓ certo an ad formam
ſubſtantialē ꝑtineant aliqua verba poſt .li.ſā
guinis mei.iō periculoſū eſt aſſerere ꝙ ꝑciſe
ſit in illis verbiſ.ex quo ſufficiens auctoritas
non habeť.⁊ ideo oia dic vſq; ad Hec quoti-
enſcunq; ⁊c̄.ac ſi eſſent de ſubſtantia forme.
licet cōiter doc.concordent cum beato Bo.

29 ¶ Nota ꝙ que dixi.ſ̄.in conſecratione paniſ
debent ſimiliter dici de vini conſecratione.

30 ¶ Siľr de ꝓlatione verboꝝ aut corrupta.aut
diminuta.aut addita. dic ut.ſ̄.dictū eſt de ba
ptiſmo Baptiſmus.ij.§.xv.cum duobus ſe.

31 ¶ Circa conuerſionē que ſit in hoc ſacr̄o per
virtutē verboꝝ prefatoꝝ eſt firmiter tenen-
dū ꝙ ſubſtantia panis ſm totā ſuā materiā
⁊ formā exiſtens actu trāſubſtantiať in totū
corpus chriſti actu exiſtens. ita ꝙ materia in
materiā.⁊ forma i formā.ſ.corporeā tranſub
ſtantiať ſolis accidentibus remanentibus ſ;
ſanctū Bo.⁊ Ri.⁊ Pet.in.iiij.di.xi.⁊ ſanctū
Tho.in.iij.q.lxxv.Sed ſm Sco.in.iiij.di.xi.
ibi non eſt conuerſio ſubſtantie in ſubſtantiā
q̄ʒtū ad eſſe ſubſtantiale ſimpliciter. ſed q̄ʒtū
ad eſſe hic.quia corpori xp̄i nō acquiriť ſim-
pliciter eſſe.ſed eſſe hic.ſ.ſub ſpecie panis. vñ
acquirit nouā p̄ñtiam ñ amittendo antiquā.
panis Ⱳo deſinit eē ibi nō acquirēdo aliquā
p̄ñtiam alibi. vñ licet illa deſinitio panis ſm
ſe ꝯſideſata ſit anihilatio.ipſa tñ cōuerſio nul
lo mō eſt anihilatio.qꝛ eius terminus non eſt
nihil.ſ; noua p̄ñtia corporis xp̄i ſub ſpecie pa
nis. Hec Sco. Et idem dico de ſubſtantia vi
ni ꝙ tranſubſtātiať in ſanguine xp̄i.ita ꝙ pa
nis in corpus ⁊ vinū in ſanguinē puꝝ virtu
te verboꝝ tranſubſtantiať. nō in aliqd aliud
ſed qꝛ corpus non eſt ſine ſanguine ⁊ ceteris
humoribus ſuis. nec ſanguis ſine corpore ⁊
venis ⁊ neruis ſuis.iō in hoſtia eſt corpꝰ xp̄i
ꝑ tranſubſtantiatōe;.et ſanguis eius ꝑ ꝑmi-
xtionē.ꝑmixtus.n.⁊ diffuſus eſt in corꝑe.⁊ iō
vbicunq; eſt corpus xp̄i ibi eſt ſanguis eius.
Aia Ⱳo eſt ibi rōne ꝯiunctionis cū corꝑe cui
inſeꝑabiliter eſt ꝯiuncta. Quātitas āt ⁊ alia
accidentia ſunt ibi rōne inſeꝑationis a corꝑe

35 Diuinitas Ⱳo rōe vnionis diuine cū hūana
natura. Siľr in calice vinū tranſubſtantiať i
ſanguinē ſolū virtute tranſubſtantiatiōis.ſ;
qꝛ ſanguis non eſt ibi effuſus.ſed in venis.iō
eſt ibi ēt corpus xp̄i ꝑ cōcomitantiā ⁊c̄. ut di
ctū eſt in corpore.⁊ ad hoc facit.c.firmiter.§.
vna de ſum.tri.⁊ fi.ca.⁊.c.in quadā.de ce.mi.

Et hec omnia ſiunt in inſtanti cōpleta ratōe
verborum dei virtute aſſiſtēte virtuti forme
prefate. Eſt etiam totum corpus xp̄i ita in to
ta hoſtia quod eſt etiam in qualibet eius par
te in qua ſaluatur ratio totius. cum enim ſit
totum homogeneum nō eſt maior ratio ꝙ
vna pars cōuertatur in vna; partē q̄ʒ in aliā
ita tenetur cōiter. Eſt etiā corpus xp̄i ſub ho
ſtia quantū.ſed nō modo quātitatiuo.qꝛ licet
ſit ibi corpus quātum nō tñ comparatur ad
ſpecies ut q̄ʒtū.ſicut q̄ʒuis ſit ibi claꝝ.ñ tamē
vtitur claritate ſua illuminādo medium ita
q̄ʒuis ſit q̄ʒtus nō vtitur quātitate ſua occu-
pando locum ſicut deus poteſt facere ut hoc
ſit ignis nō exercendo combuſtionis actum.
Eſt etiā corpus xp̄i ſub hoc ſacr̄o.ſeu ſub ſpē
ñ localiter ꝓprie loquēdo.qꝛ eſſet localiter pro
prie eſt eē dimēſiue ſiue cōmēſuratiue. Eſt tñ
corpus xp̄i i loco ſpeciei. Et ex hoc ſequitur ꝙ
corpus xp̄i eſt in pluribus locis ſimul ſm eſſe
ſacr̄ale.qꝛ vere ⁊ realiter cōtinetur ſub diuer-
ſis ſpeciebus. que ſunt in diuerſis altaribus
Eſt etiam i hoc ſacr̄o corpus xp̄i imobile loca
liter ⁊ ꝑ ſe loquēdo.l; ſit mobile ꝑ accidens.ſ.
ad motum hoſtie.ſicut aia mouetur ad motū
corporis. vñ per accidēs mouetur ad motum
hoſtie ⁊ quiſecit ad quietē alie hoſtie. Itē mo
uetur ſurſum ⁊ deorſū ſimul ⁊ ſemel ad motū
diuerſaꝝ hoſtiaꝝ. hec eſt Ricar.in.iiij.di.x.
¶ Sed nūquid vertiť corpus xp̄i verſa hoſtia 32
ſicut mota moueť. R. Ri. vbi.ſ̄.ꝙ nō. qꝛ licet
ꝑtes ordinē habeāt in ip̄o corꝑe abſolute ñ tñ
ꝑ comparationē ad ſpeciē. Vñ nō poteſt dici
ꝙ pedes habeāt in vna parte hoſtie. ⁊ caput
in alia.⁊ ſic de ceteris mēbris.quia oēs parteſ
ſunt ſimul ſub qualibet parte hoſtie.
¶ Vtru; fracta hoſtia uel paſſa aliquid corpꝰ 33
chriſti patiať.ſicut mota moueť. R. ꝙ ñ. quia
mutatio ⁊ paſſio inouaret i xp̄o aliquid abſo-
lutum.ſed motus localis nihil ſm Pe.di.x.
¶ Eſt etiam corpus xp̄i penitus inuiſibile ocu 34
lo corporali ſm Ricar.⁊ Sco.di.x.qꝛ ñ poteſt
videri nec per naturā.nec per gloriā. nec per
miraculum oculo corporali ſicut nec exiſten-
tia ſubſtātie ſpiritualis i loco ad cuius inſtar
corpus xp̄i eſt ſub ſacr̄o inquantū eſt ibi p̄ñs
⁊ ꝑ ſe ratiōe ſubſtantie ⁊ quantitas nō eſt ibi
niſi per cōcomitantiā. vñ ſm Ricar. vbi.ſ̄. ſi
aliqñ apparet ibi ſpecies paruuli. vel fruſtru;
carnis nō eſt corpus chriſti. Maiores eni ſūt
dimēſiones corꝑis xp̄i q̄ʒ ille que ibi apparēt

⁊ ſi ibi vere apparet corpus xp̄i ñ apparet ut ſub ſacr̄o. vnde dicit Ricar. ibidem q̄ illa parentia paruuli que aliq̄n ibi viſa eſt. ul' deſcribitur in imaginatione vel in ſenſu cōi videntis. vel etiam ſi eſt realiter extra non credo q̄ ille dimēſiones fundentur in dimēſionibus ſpeciei panis. licet tunc appareant vnde ſpecies ſacramēti ſub qua cōtinetur corpus xp̄i latet ſub illa figura que apparet nulla imutatione facta circa ipſam. ⁊ cōfunditur tantum ipſa ſpecies quibuſdam accidentibus carnis vel pueri que nō ſunt proprie accidentia corporis chriſti vel liniamenta.

35 Eſt tñ corpus chriſti viſibile ſub ſacramēto ſm Sco. vbi. ſ. per naturā omi intellectui nō alligato ſenſibus in intelligendo. ſiue angeli. ſiue aie ſeparat. Ricar. tñ vbi. ſ. tenet q̄ nō per naturam. ſed tm̄ per gloriam. nō ſolū in verbo. ſed etiam in proprio genere.

36 Eſt etiam corpus chriſti ſub hoc ſacramēto intangibile imediate ab alio. ſicut nec ſubſtātia ſpiritualis tangitur a loco. vñ quantūcūq̄ʒ aliquis ſpeciem penetraret chriſti corpus tangere nō poſſet ſm Ricar. vbi ſupra.

37 Sūt āt in hoc ſacramēto accidētia ſine ſubiecto p̄rio. ſ. ſine ſubſtātia virtute diuina. Itē ſicut ſpecies ſacramētales retinēt eſſe quod habebāt prius ex virtute diuina. ſic ⁊ agere. Vñ poſſūt exteriora corpora ⁊ ſenſus immutare. nō poſſū tñ alia in ſacramētum cōuertere. qd̄ nō ſit ſine verbo. Vñ aqua modica poſita in ſacramēto calicis licet ſm aliquos cōuertatur in vinū. ⁊ hoc virtute ſpecierum il'arum. nō tamē in vinū qd̄ ſit vinū ſm ſpeciem ſed eſt vinū ſm materiā tm̄. ſicut caro ſm ſpeciem cōuertit̄ in carnē ſʒ materiā. Vel dic q̄ ibi forma ſubſtātialis aq̄ nō ſoluit̄. ſʒ alterat̄ q̄ mutatur color ⁊ ſapor. ⁊ odor. ⁊ ſenſus percipit proprietates vini. ⁊ ideo quātū ad ſenſū cōuertitur in vinum. nūq̄ʒ tamē in ſacramētum. hec ex ſancto Bo. in. iiij. di. xij.

38 Quid cū accidētia ſub quib⁹ eſt corpus xp̄i in ſacr̄o corrumpunt̄. R. q̄ accidētia illa aliq̄n imutant̄ ex parte quātitatis ſicut cū diuidit̄ panis vel vinū i multas partes. ⁊ tūc ſi i ip̄is partibus nō poteſt ſaluari nā panis vel vini deſinit corpus xp̄i ſub ipſis eſſe. Sil'r de imutatione ex parte qualitatis. ut cū ita imutant̄ color ſapor ⁊ odor ⁊ alie qualitates paniſ ⁊ vini q̄ nullo mō poteſt cōpati nā panis ⁊ vini q̄ nō manet corpus xp̄i ſub ſacr̄o. ſecus ſi corruptio accidētium vl' qualitatis aut quātitatis nō ſufficit ad corruptionem panis ⁊ vini q̄ ſic nō deſinit hic eſſe corp⁹ chriſti. vel ſanguis ſub ſacramēto. Aduerte tamē circa corruptionē que eſt reſpectu admixtōis alterius liquoris. q̄ ſi eſt vinū ⁊ additur i maiori quātitate vel equali ſic ſoluitur totaliter. ⁊ tollit̄ cōtinuitatē ſpeciei cū ad oēs eius dimēſiōes perueniat. ⁊ ſic incipit quo ad actuʒ eſſe aliud nouū vinū. ⁊ ſanguis ibi deſinit eē ſāguis xp̄i Credo tñ q̄ ſi additū nō ſit notabiliter excedens propter dubium ſi tutius vti toto illo liquore tanq̄ʒ ſacr̄o. Si vo additūʒ ſit minoris quātitatis ſic nō deſinit eſſe ibi ſanguis xp̄i. niſi ſub illis partibus ad quas peruenit vinum additum. que cuʒ diſcerni nō poſſint ſimiliter toto illo liquore debemus vti tanq̄ʒ ſacramēto. ⁊ idem dic de alio liquore addito.

Utrum deſinente eſſe euchariſtia ſub illis accidentibus redeat ſubſtātia compoſita. R. 39
ſm Sco. in. iiij. di. xij. poſt reprobaiionē multorum modorum dictoruʒ q̄ ſic redit ſubſtātia compoſita cui talia accidētia cōueniūt quam etiam afficiūt ⁊ hoc in inſtanti corruptionis ⁊ imediate a deo. Prima pars huiuſ ſentētie ꝓbatur. q̄ deus ſtatuit illas ſpecies manere ſine ſubiecto tm̄ i euchariſtia. ergo ſtatuit q̄ nō ſtante euchariſtia ñ ſint accidētia ſine ſubiecto. ⁊ p̄ cōſequēs in inſtāti illius corruptionis ſit aliqua ſubſtātia. Secūda pars probat̄ q̄ ſi rediit aliqua ſubſtātia nō eſt alia q̄ʒ illa que poteſt illis accidentibus affici. q̄ alia ſubſtātia nō eſſet cor capax. Tertia pars. ſ. q̄ nō rediit niſi immediate a deo patet. q̄ nullum aliud agens hoc agere poſſet. hec Sco.

Utruʒ ſpecies ſacr̄ales poſſint nutrire. R. 40
vt pʒ ex ſupradictis ſicut pñt ꝯuerti i cineres vel in vermes ⁊ huiuſmodi ſic per eandem rationem poſſunt conuerti in corpus humanū

Euchariſtia Scdo. circa miniſtrum querit̄ qs poteſt cōficere iſtud ſacr̄m. R. q̄ ſolus preſbyter poteſt conſecrare corpus ⁊ ſanguinem dñi noſtri ieſu xp̄i. xxv. di. perlectis. ⁊ de ſum. tri. ⁊ fi. ca. firmiter. §. vna. hoc ſequūtur theo. in. iiij. di. xiij.

Quid ſi quis credat ſe preſbyterū eſſe cum 1
nō ſit ⁊ celebret. R. glo. in. c. apl'icam. de preſ. nō bap. q̄ non cōficit in veritate. Sed tu dic ut ſupra. Baptiſmo. vij. §. vltimo.

Utruʒ quilibet preſbyter poſſit hoc ſacr̄m 2

conficere.R. ſm Ri.in.iiij.di.xiij.ꝙ de iure ñ poſſunt nec irregularis nec interdictus aut ſuſpenſus ab executione eorum que ſunt ordi nis nec ſimoniacus.ſciſmaticus. excõicatus. aut degradatus ſiue depoſitus. vel quilibet publicus ⁊ notorius peccator. ſed de facto ſi ſupra debitam materiam proferat verba cũ intentione debita vere conficit quantũcũqꝫ ſit nepharius.qꝛ character ſup quem fundatᷣ poteſtas conficiendi eſt indelebilis.licet mor taliter peccet confitendo.

3 ¶ Vtrꝫ plures preſbyteri poſſint eandem ho ſtiam conſecrari.R.licet diuerſa ſit opinio.i. iiij.di.xiij.ego teneo ꝙ non.qꝛ qui prius pro tulit verba ille conſecrauit alij nihil faciunt. Et ideo credo in ordinatione preſbyterorum ſit melius nõ dicere qꝫ dicere verba conſecra tionis.niſi dubitaretᷣ dẽ epõ ꝙ nollet ꝯſecrare

4 ¶ Vtrꝫ corpore viciatus preſbyter poſſit cõfi cere.R.vt.ṡ.Corpore viciatus per totum.

5 ¶ Quid de preſbytero qui poſtqꝫ indutus eſt recolit ſe de aliquo mortali.R. ꝙ ſi tenetur ce lebrare ⁊ habet copiam idonei confeſſoris te netur confiteri.ſi vero non habet conteratur cuꝫ propoſito confitendi.⁊ ſufficit nec peccat ſi cum verecundia accedit. Si vero non tene tur celebrare.tunc nõ debet celebrare niſi pri⁹ conteratur ⁊ confiteatur. qꝛ ad hoc teneᷣ ſm S.Bo.in.iiij.di.xiij.⁊ glo.in.c.de homine. d celeb.miſ.⁊ alia gl.in.c.nihil.vij.q.i.ar.de ſen: ex.c.de cetero.⁊.xxvi.q.vi.qui recedunt.Et h̃ idem tenet do.Anto.in.d.c.de homine. Sed alij.tenent contrarium. qꝛ ſufficit confiteaᷣ ſemel in anno.Et Pa.in.d.c.de homine. dič eſſe verius.licet primũ tutius. Sed tu dic ſm cõmunem opinionem theologorũ ꝙ primũ verius.tñ Ricar.in.iiij.di.ix. diſtinguit ꝙ ſi non iminet ſcandalum vel perſone aut popu li.aut non incepit miſſam ſi eſt ſacerdos ſu mens corpus xpi quantũcunqꝫ contritus.ſed non confeſſus.dũmodo habeat copiam ido nei confeſſoris tempus ⁊ loquelam ad ꝯfiten dum ꝙ peccat mortaliter.⁊ ſic debet dici ꝙ ñ debet celebrare vel cõmunicare. Si vero ali quod trium predictorum iminet.ſ.vel ſcanda lũ perſone.vel populi niſi celebret. vel qꝛ iã i cepit miſſam. ſic ſufficit contritio. Et ſic põt intelligi ꝙ tunc poteſt celebrare.ar.c.de cete ro.⁊.c.a nobis.el.ij.de ſen.ex.⁊.c.qui recedunt xxvi.q.vi.adde tñ ſm Ricar.in.iiij.di.xvij.ꝙ qꝫuis habeat idoneum confeſſorem.ſed tñ ex pectat alium cui deuotius ⁊ ſecurius cõfitea tur.ꝙ tunc abſqꝫ confeſſione ⁊ ſine peccato poteſt ſumere eucharistiam cum contritione ſola. Quod limito dũmõ ſit confeſſus ſemel in anno. Item qꝛ tenetur celebrare vel cõmu nicare.alˢ nõ credo ſi poteſt deſiſtere ſine ſcã dalo populi vel pſone.qꝛ prius dꝫ confiteri.

¶ Quid ſi celebrando recoleret ſe comediſſe uel bibiſſe.R.ꝙ in difficultatib⁹ ſemp accipi endum eſt quod minus hꝫ de periculo.Ma ius autem periculuꝫ eſt quod eſt contra ſacra menti eccleſie perfectionẽ.qꝛ hoc eſt ſacrilegi um qꝫ quod eſt pertinens ad qualitatẽ ſumẽ tis.⁊ ideo ſi preſbyter poſt conſecrationẽ in ceptaꝫ meminit ſe comediſſe nihilominus dꝫ perficere ſacramentũ. Idem ſi meminit ſe ex cõmunicatũ vel in mortali cũ contritione tñ debita.⁊ ſic nõ peccat ſed fructuoſe ſumit. Et in hoc concor.cõiter doc. Si vo meminit añ conſecrationẽ Tho.in.iij.q.lxxxiij.tenet ꝙ tu tius eſt dimittere miſſam inceptam.niſi ſcan dalum graue imineret. Sed. S. Bo. in.iiij. di.xiij.tenet ꝙ ſine peccato poteſt inchoataꝫ perficere cum propoſito confitendi.⁊ cum cõ tritione totum ſuppletur.nec videtur ibi eſſe contemptus. Idem dicit etiam. S.Bo.ibidẽ de eo qui meminit ſe irregularẽ.qꝛ prohibitiõ propter irregularitatẽ non extendit ſe ad eũ qui acceſſit ſine conſcientia irregularitatis.⁊ inchoauit miſſam. Vnde propter reuerentiã ſacramenti ⁊ ſcandalũ populi dicunt ꝙ ſi do let.⁊ libenter faceret quod in ſe eſt a dño eſſet diſpenſatũ pro tunc. Idem dicerem etiam qñ non incepit ſi non poteſt deſiſtere ſine ſcan dalo.nec in hoc caſu incurrit irregularitatem ar.c.clerici.⁊.c.latores.⁊.c.fraternitati.que re quirunt temeritatem de clerico excõ.mini.ꝑ totum. Nec ob.c.apoſtolice.eo.ti.qꝛ ibi ſunt i culpa non intelligẽdo quod dñt. Sed hic iſte eſt in neceſſitate. Et hoc credo verum niſi fo ret ſcandalum phariſeorum vel quis accipe ret ſcandalum pro aliqua admiratione.quia tunc non liceret ſine nota irregularitatis.

¶ Quid de eo qui incepta miſſa habet conſci entiam ꝙ non ſit preſbyter.R.hꝫ S.Bo.vbi. ṡ.ꝙ ante ꝯſecrationẽ dꝫ dimittere miſſam in firmitatẽ fingendo aut cõſcientiã deponere 7

8 ¶ Sed quid faciet ſacerdos qui ꝑpendit non eſſe aquam in calice.R.ꝙ ſi hoc aduertit ante conſecrationẽ eam apponat. ſed poſt conſe crationem nullo mõ.qꝛ non eſt de neceſſitate

ſacramenti.ut ſupra dictum eſt. Et d̃ hac ma
teria vide. ĩ. Miſſa.

# Eucharistia.iiii.

circa ſūptio-
nem eius qs
tenetur ſumere.℞. ꝙ primo quilibet ſa
cerdos cū celebrat.de conſe.di.ij. relatum. qꝛ
ſacr̃m in ſumptione complementū ſue ſigni-
ficatiōis accipit.⁊ ſi deficeret alius debet ſup
plere pro eo qui ſit ieiunus ſi iam hoſtiam ſal
tem conſecrauerat.vij.q.i.nihil. Si vo dubi
tatur an compleuerit conſecrationē hoſtie.tc̃
ſm Inno.in.c.preſbyter.de ſa.nō iterā. Inci-
piendū eſt ibi addendo.ſ.dn̄s nr̄ Ihs xp̄s pri
die.q̄ꝫ ⁊c̃.qꝛ nō dr̄ reiteratū qđ neſcit factū.c.
apoſtolicā de preſby.non bap. Si autem cer-
tum eſt ꝙ non inceperat verba conſecratiōis
tunc nō eſt neceſſe ſupplere. Si tn̄ quis vellet
ſupplere poſſet.ſed nō deberet reincipere ſi iā
ſigna ſuper hoſtiā fecerat.ſed proſequendum
eſt vbi deficit ſm Ale.⁊ placet.al's incipiēdū
eſt a capite.⁊ ſi pluries celebrat i die.ſemꝑ dꝫ
ſumere omiſſa purificatione in precedentibꝰ
miſſis. Secundo tenet quilibꝫ chriſtianus cū
ad annos diſcretionis peruenit. ut in.c.oīs v̓
pe.⁊ re.de quo dic ut.ĩ.§.ij.niſi ex rōnali cā d̓
conſilio proprij ſacerdotis ad tempus duxe-
rit abſtinendū. Tertio tenetur quilibet in ar-
ticulo mortis conſtitutus propterea appellat
viaticū. Vnde credo peccat mortaliter qui in
tali articulo contēnit ſumere corpus chriſti.
Quarto rōne ſtatuti. Quinto rōne officij.ſic
ſacerdos qui tenetur celebrare ſaltem in ma-
gnis feſtiuitatibus.ut.ĩ.Miſſa.§.xliij.
1 ¶ Quot modis ſumit.℞.ꝙ tribus modiſ.ali
qn̄ ſumit ſolū ſpūaliter. aliqn̄ ſolū ſacr̃aliter.
aliqn̄ ſacramentaliter ⁊ ſpiritualiter ſimul.
2 ¶ Quid eſt manducare ſpūaliter.℞. ſm ſctm̄
Bo.in.iiij.di.ix.ꝙ manducatō ſpūaliter trāſ
lata eſt a corporalibꝰ.⁊ iō ſic̃ in manducatōne
corporali ſunt duo principlr̄.ſ.maſticatio ⁊ i-
corporatio. ſic ⁊ in ſpūali ſunt duo ſuo mō.ſ.
ſpūalis maſticatō q̃ ē recogitatio ꝑ fidē.ſ.car
nis xp̄i ꝓ nobis expoſite in pretiū i cruce ad
redimendū ⁊ ſpūalis incorporatio per chari
tatē.ſ.dum recogitans ei quem recogitat iū
gitur ardore charitatis.⁊ ita ei incorporatur
3 ¶ Qn̄ dr̄ quis ſolū manducare ſpūaliter ⁊ n̄
ſacr̃aliter.℞.ꝙ tunc qn̄ ſacr̃m eſt in voto ⁊ ef
fectus eius percipitur. qꝛ ſicut quidā ant q̄ꝫ
baptizentur ex deſiderio baptiſmi percipiūt
effectum ipſius.ſic ⁊ in hoc ſacr̃o. nec fruſtra
inducit poſtea ſacr̃m.qꝛ plenius inducit effe-
ctum ipſa ſuſceptio ſacr̃alis q̄ꝫ ſolū deſideriū
ſm.S.Tho.in.iij.pte.q.lxxx. Vel melius ſm
S.Bo.in.ij.di.xl.qꝛ non eſſet vera voluntas
niſi deduceretur in opus cum adeſt facultas.
¶ Quid eſt manducare ſacramentaliter ſolū 4
℞.ſm.S.Bo.in.iiij.di.ix. ꝙ eſt maducare ſa
cramentum ut ſacramentum. Ad hoc autem
ut manducet ſacramentum ut ſacr̃m neceſſa-
ria eſt intentio.⁊ intenitonis regulatio. Intē
tio inq̄ꝫ eſt neceſſaria. qꝛ ſi quiſ iret ad menſā
⁊ intenderet corpus reficere.⁊ aliquis pro pa
ne cōi ſacramentū ſicut panem offerret.⁊ ipē
omnino intenderet cibum ſumere non dicerē
ſacramentaliter manducare. neceſſariū eſt ēt
ut huius intentio dirigatur ſm fidem que eſt
in ipſo uel in altero. qꝛ oportet credat ꝙ ſub
illa ſpecie aliquod ſpirituale lateat qđ ſumere
intendat.uel oportet ꝙ ſaltem ſumere inten-
dat qđ alios credē exiſtimat.licet ipſe non cre
dat.⁊ ſic pꝫ ꝓ quanto quis dicatur ſacr̃aliter
manducare.quia.ſ.ꝙ ſacramentum vere exi-
ſtat ibi.⁊ ipſe qui manducat illud ut ſacr̃m ſu
mere intendat.ſiue qꝛ credit eſſe verum ſacra
mētum.ſiue quia exiſtimat alios credere. hec
ſanctus Bonauen.vbi.ſ̃. Adde ꝙ tunc ſolūꝫ
ſacramentaliter ſumit qn̄ ꝓpter aliquod im-
pedimentum qđ in ipſo ſumente eſt.uel maiā
eius diſpoſitionē caret effectu ⁊ fructu ipſiuſ
ſacramenti qui eſt ſpūalis mād̄ucatio hoc eſt
ſpirittaliter incorporari corpori myſtico per
fidem ⁊ charitatem.uel magis incorporari ꝑ
augmentum fidei ⁊ charitatis ⁊ manducatio
non conuenit indigne ſuſcipientibus.
¶ Vtrꝫ vere in hoc ſacr̃o xp̄s manducetur.℞ 5
ſm Ricar.in.iiij.di.ix.ꝙ eſt in ſumptione hꝰ
ſacramēti quedam manducatio carnalis qua
comeſtum maſticatur. ⁊ in ſtomachū trahit.
⁊ poſtea digerit.⁊ vltimo in ſubſtantiā man-
ducantis conuertit. ⁊ ſic vere manducat illa
ſpecies ſub qua realiter continet verū corpus
xp̄i. Eſt ⁊ alia manducatio ſacramentaliſ qua
corpus xp̄i verum realiter ſub illis ſpeciebus
panis contentū ſumitur.ſed hic ſumptū cor-
poraliter non maſticatur.⁊ ſi ſpecies ſic in ore
maſticentur ꝙ ꝑ digeſtionem ibi factam nō
corrumpatur in eis forma propria ſed deſcen
dant in formā propriam in ſtomachū deſcen
dit ⁊ corpus xp̄i in ſtomachū.ꝑ deſcenſū ſpe-
ciei ſub qua continetur. ⁊ tamdiu ibi manet
corpꝰ xp̄i q̄ꝫdiu in eadem ſpecie forma ꝓpria

ſpecie⁊ ſaluatur. Si aũt species panis tãdiu i
ore maſticetur ꝙ per digeſtionẽ in ore factaʒ
corrumpatur forma propria in eis ⁊ non de-
ſcendit in ſtomachum. tunc nec corpus xpi d
ſcendit in ſtomachum. ⁊ ſic intelligitur illud
de conſe. di. ij. c. tribus cum dr̃. q̃ʒ cito ſpecieſ
dentibus atterit̃. tam cito in celum rapit̃ cor-
pus xp̃i. Adde tñ ſm ſanctum Bona. in. iiij.
di. ix. ꝙ cum corpus xpi maneat ſub illis ſpe-
ciebus q̃ʒdiu illa ſpẽs ſit habilis ad refectõeʒ
humanaʒ. quia ad hoc eſt ſtatuta ⁊ ad hoc or
dinatur. ⁊ hoc habeat cuʒ eſt extra ſtomachũ
⁊ in ſtomacho. quia ibi reficit. ⁊ tãdiu ibi cor
pus xp̃i moretur donec refectionis operatio
cõpleat̃. Jõ ſiquis euomat illaſ. euomit corp⁹
xp̃i. ⁊ ſi species pñt diſcerni ab alijs dñt ſumi
cũ reuerentia ⁊ cremari. ⁊ cinereſ iuxta altare
recondi. ut in. c. ſi per negligentiã d conſe. di.
ij. Si aũt species ille tranſeant p ſtomachũ in-
digeſte pp aliquam infirmitatem. tunc ſunt
extra proprietatem refectionis. ⁊ iõ ſi vadãt
in ſeceſſum non eſt ibi corpus dñi. ⁊ hanc opi
nionem ſanctus Bona. vbi. ſ. dicit probabi-
lem. ⁊ placet cum qua conuenit Ricar. vbi. ſ.
6 ¶ Quis poteſt idonee ſuſcipere ſacr̃m eucha
riſtie. R. Pe. aureo. in. iiij. di. ix. q. ij. ꝙ idone⁹
ſuſceptor eſt homo viator adultus fidelis mẽ
te preditus. Jeiunus deuotus apparitiõe mi
raculoſa non prohibitus ſine conſcientia pec
cati mortalis legitime confeſſus in conuerſa
tione crimine non notatus corpore mund⁹
a miniſtro idoneo tempore debito ⁊ recta in
tentione ſumpt⁹ vbi. xv. notãda cõmemorat
7 ¶ Primo dicit homo. q2 lʒ angeli beati man-
ducent xp̃m in ſua ſpecie inquantũ ei vniunt̃
in fruitione charitatis perfecte ⁊ viſione ma-
nifeſta. non tñ contingit eis ſpiritualiter mã
ducare hoc ſacr̃m quod eſt per fidem credere
in xp̃m cum voluntate ſumendi hoc ſacr̃m.
8 ¶ Vtrum brutum poſſit ſumere corpus xp̃i
ſacramentaliter. R. ut. ſ. patuit ꝙ non.
9 ¶ Sed nunqd ſi mus comedit illas ſpẽs trãs
ibit corpus xp̃i in eius ventreʒ. R. S. Bo. in.
iiij. di. xiij. quidã dixerunt ꝙ ſic p rationẽ ſu-
pradictam. Sed alijs videtur ꝙ non. q2 xp̃us
non eſt ſub illo ſacr̃o niſi eatenus quatenus ẽ
ordinabilis ad vſũ humanũ. ſ. ad mãducatio
nem. ſed ſicut q̃ʒcito mus rodit. ita ⁊ tam cito
inhabile facit. ⁊ ſacr̃m eſſe deſinit. Et hec eſt
opinio cõior ſm ſctm̃ Bo. ⁊ magis pia. Et ſic
patet ꝙ ſolis hominibus debet dari non bru

tis uel quibuſcunq; ẽt angelis. q2 illuſio eſſet.
¶ Secundo dicit viator. quia nulli mortuo 10
debet dari. ⁊ ſi petunt illuſio eſt.
¶ Tertio dicit adultus. q2 licet greci antiqui- 11
tus pueris darent. ut de conſe. di. ij. paruuli.
tñ ſacr̃aliter ſumere non poſſunt. q2 nõ vtun
tur ſacramento. ut ſacramento. ſed ut cõmu-
ni cibo propter carentiam diſcretionis.
¶ Sed qñ eſt etas debita. R. Aureo. vbi. ſ. ꝙ 12
relinquendũ eſt arbitrio boni viri. Et iõ dico
ꝙ tunc eſt etas debita qñ pueri hñt vſũ rõis
ꝙ pñt concipere deuotionẽ huius ſacri ⁊ di-
ſcernere ⁊ diiudicare corpuſ xp̃i. ⁊ reuereri ab
alio cibo. ſaltem ex alioꝝ inſtructione qd põt
eſſe in. x. uel ſalteʒ in. xij. anno. vñ ſi apparerẽt
in eis tunc ſigna diſcretionis ⁊ reuerẽtie pñt
ſumere ſʒ Tho. in. iiij. di. ix. imo debent ſaltẽ
ſemel in anno ſumere. vnde tenentur ad hoc
eos inducere qui eorum habent curam.
¶ Quarto dicit fidelis. q2 nulli infideli. dʒ da 13
ri. imo nec infidelis poteſt ſumere ſacramen-
taliter etiam nſi habeat intentionem ſumẽdi
ipſum ut ſacr̃m eccleſie. licet ipſe non credat.
¶ Sed nunquid cathecuminis debeat dari. 14
R. Aureo. vbi. ſ. ꝙ non. quia non ſunt de fa-
milia chriſti per baptiſmum.
¶ Quinto dicit mente preditus. vñ de moni- 15
acis ⁊ amentibus non debet dari. diſtinguit
tñ Aureo. vbi. ſ. aut talis amens nunq̃ʒ hũit
vſum rationis. ⁊ tali non dʒ dari. Aut aliqñ
habuit vſum rõis. Et tunc ſubdiſtinguit. ꝙ
aut oſtendit ſigna deuotionis extra. ⁊ ſic põt
cõicari. aut non pretendit ſigna deuotiõis. ⁊
tunc recurrẽdũ eſt ad tp̃s preteritũ q2 ſi antei
ſaniã petijt ⁊ deuotionẽ ad ipſũ habuit põt
dari ⁊ dʒ in articulo mortis. ſi nõ timet̃ de pe
riculo euomendi vel alterius irreuerentie ut
hr̃ in. c. is qui. xxvi. q. vi. Si xͦo nullã deuotõ
nem ad ip̃ʒ habuit tp̃e ſanitatis nec eũ petijt
debito tp̃e nullo mõ eis dʒ dari. Jdẽ dic de d
moniacis ſm prefatã diſtinctionẽ ſm Tho. i
iiij. di. ix. ⁊ in tertia parte. q. lxxx. Amentibus
xͦo qui hñt dilucida internalla p̃t dari tunc
qñ hñt vſum rõis ſm Aureo. predictum. vbi
ſ. Multo fortius poteſt dari illis qui largo
modo dicuntur amentes. ſ. qui habent debile
vſum rationis. dummodo poſſit aliquam de
uotionem huius ſacramenti concipere.
¶ Sexto dicit ieiunus. nã quicunq; aliqd co 16
meſtibile uel potabile p⁹ mediã noctẽ ſũpſit
nullo mõ p̃t cõicare. ſiue digeſſerit ſiue nõ. de

conſe.di.ij.c.liquido.vij.q.i.nihil. de celebra.
miſſa.c.ex parte. Excipitur caſus infirmitatis
q: ſi de co⁊ periculo mortis dubitat̃ ẽt poſt
cibum ſunt cõicandi ne ſine cõione decedant
de conſe.di.ij.preſbyter. Nec ob.c.ſacra.d cõ
ſe.di.i.q: obrogatũ eſt.⁊ de hoc vide.j. Miſ/
ſa.§.iij.q.v.vi.⁊.xiiij.cum tribus ſequen.

17 ⁋ Septimo dicit deuotus. Nã ſicut qui cibũ
corporalẽ non põt digerere uel maſticare nõ
eſt aptus manducare ipſũ.ſic qui deuotionez
non habet. non eſt dignus cõicare de conſe.
di.ij.c.illo.⁊.c.tribus gradibus.vñ.S.Bo.in
iiij.di.xij. Maiorem inquit efficatiã recipit
hõ in vna miſſa uel manducare cum bona p̃/
paratõe q̃z in multis ſi ſe nõ p̃paret diligent.

18 ⁋ Octauo dicit apparitione miraculoſa nõ
ꝓhibitus. Nã ſi apparet in forma pueri uel
hmõi nõ dz ſumere ſm prefatũ Aureo.vbi.s̃
q: nõ apparet ſub ſpẽ conuenieñti humane re
fectioni. Dicit tñ ſctũs Tho.in.iij.p.q.lxxxij.
ꝙ conſulendũ eſſet preſbytero ꝙ iterato cor/
pus ⁊ ſanguinẽ dñi ꝯſecraret ⁊ ſumeret. Sed
ego nõ credo. q: que fiunt miraculoſe nõ ſũt
ſub legibus l.nã ad ca.ff.de le. Et ẽt q: veriſi/
militer poſſet ẽt in alia conſecratõne ſic appa
rere.⁊ ſic eſſet proceſſus in infinitum.

19 ⁋ Nono dicit ſine conſcientia pcti mortalis.
Nã ſuſcipiens cũ conſcia pcti mortalis pec/
cat mortaliter ſm Aureo.vbi.s̃. ⁊ cõiter oẽs.
ſed ſi conſciam nõ hz de mortali.lz ſit in mor/
tali pctõ.nõ peccat mortaliter ſz Aureo.vbi
s̃.niſi ſit ignorantia craſſa.uel affectata. q: de
bitã diligentiam de cõmiſſis non adhibuit.
Landul.in.iiij.di.ix.dicit ꝙ diligentia debita
eſt qñ facit illa que prudens facit de re quam
vellet ſtudioſiſſime examinare. Et Sco.i.iiij.
di.ix.dicit ꝙ tenetur quis ſe examinare ſm di
ligentiã nr̃e fragilitati poſſibilem. Addit tñ
Aureo.ꝙ qñ quis dolet de preteritis peccatis
mortalibus commiſſis.⁊ hz propoſitum non
peccandi.⁊ deuotionem ad ſacramentum ꝙ
poteſt preſumere ꝙ non ſit in mortali.

20 ⁋ Utrum preſbyter peccet mortaliter dando ei
quẽ ſcit in peccato mortali conſtitutuz.R.ſm
Ri.in.iiij.di.ix.ꝙ ſi talis nõ petit ſibi dari ſic
peccat ſibi dãdo. Si vero petit ⁊ tũc diſtingue
aut eſt notorius peccator.⁊ ſic peccat ſi ei dat
q: hz ꝯ ipz legitimã exceptionẽ. Aut non eſt
notorius q̃uis poſſit probari p duos teſtes
uel tres.⁊ ſi petit in occulto.dz ei denegare.q:
hz legitimã exceptionẽ ꝯ euz.⁊ moneat ne pe
tat in publico ut hr.de cõſe.di.ij. ne ꝓhibeat
qd petit. Si vero petit publice tũc ſi eſt ſacer/
dos extraneus non dz ſibi dare q: legitimam
hz cãm de conſe.di.ij.tribus. Si autem eſt ſa
cerdos proprius parrochialis.ſic dz ſibi dare
q: nullam hz exceptionez quã in publico poſ
ſit obijcere.de offi.iudi.or.c.ſi ſacerdos. Nec
ob.ꝙ ſit maius peccatũ ſumere cuz pctõ mor
tali q̃z infamari.q: ſacerdoti miniſtranti cor
pus xp̃i peius eſt peccare mortaliter infamã
do iniuſte peccatorem occultum q̃z ꝙ ille mor
taliter peccet.q: nullus dz mortale cõmittere
ut alium a mortali liberet. Peccator tamẽ oc
cultus ſm ſanctũ Tho.iij.per.q.lxxx. potius
debet eligere infamari q̃z indigne ad menſaz
xp̃i accedere. Quod credo verum qñ quis indi/
gne accedit.ſ.cum mala voluntate. puta q: ñ
penitet de peccatis. Secus eſſet de indigne
ſumente.q: non eſt confeſſus.de quo dic ut.s̃
Euchariſtia.ij.§.v.⁊.j.§.xxiiij.

⁋ Sed nunqd eſſet minus malũ dare tali ho 21
ſtiã non ꝯſecratã.uel nõ ꝯſecrare ⁊ ſic ſumere
R.ꝙ non.ut pz in.c.de hoie.de ce.miſ. Jõ dr̃
prorſus quidẽ falſa remedia ſunt abijcienda
que ſunt veris periculis grauiora.ibidem.

⁋ Quid ſi ſolũ ſit ſuſceptus de crimine mor/ 22
tali.R.ꝙ ſi ſuſpitio ſit violenta ⁊ notoria di/
cendum eſt ſicut de eo quez ſcio in mortali ſz
ꝙ.s̃.dictum eſt.al's nõ elicitur.ij.q.i.c.ij.⁊.iij
in glo.⁊.xxxij.q.i.dixit dominus.

⁋ Utrum exiſtens in pctõ mortali peccet vidẽ/ 23
do corpus xp̃i.R.ꝙ non.dũmõ cũ hũilitate ⁊
reuerentia videat. Silr nõ peccat tangẽs ex
neceſſitate.puta q: cecidit in terrã ⁊ hmõi ſz
ſanctum Bo.⁊ ſanctum Tho.in.iiij.di.ix.

⁋ Quid de illo q lz vere nõ ſit in pctõ morta 24
li.tñ ſm ꝯſciam ſcrupuloſam ſe exiſtimat eſſe
R.ꝙ peccat mortaliter.niſi eã deponat. q: qc
quid ſit ꝯ ꝯſciam edificat ad gehennã. vñ ni
ſi ſit ex probabili ꝯiectura dz deponi. ut in.c.
inquiſitioni.de ſen.excõ.q: ut dr̃ in.c.nõ ſolũ
de regula.li.vi.decet ⁊ expedit ut conſcie pu/
ritati nõ deſit iudiciũ rõnis. ne dũ ſpũalis ꝑ
fect⁹ q̃rit ſalutis diſpendiũ incurrat. hec ibi.

⁋ Decimo addit legitime ꝯfeſſus q: quantũ
cũq; doleret de pctõ cõmiſſo nõ ſufficeret ut
digne ſumat ſz oz ut legitime ꝯfiteat.alit̃ pec
cat mortalit̃ niſi ut eſt dictũ.s̃. Euchariſtia.ij
§.v. Tenet tñ Aureo.vbi.s̃.ꝙ ſacerdos parro
chialis qui nõ hz aliũ ſacerdotẽ. ⁊ religioſus
in via cũ ſocio nõ ſacerdote ꝙ pñt celebrare

cũ contritione ⁊ cũ ꝓposito ↄfitendi ex quo ñ
hȝ cui ↄfiteaꝛ. qꝛ religioſus non p̃t extra ſuuȝ
ordinem confiteri in religione minoꝝ. Q̇ð li/
mito tñ veꝝ qñ ſine alioꝝ admiratione deſi/
ſtere non poteſt. aut qꝛ teneꝛ celebrare. Idem
dicas de eo qui volens cõicare corã ſacerdote
celebrante recolit aliqð mortale nõ ↄfeſſũ legi
time ꝙ poteſt cõicare cũ ↄtritione ⁊ ꝓpoſito
confitendi qñ ſine admiratione ⁊ aliquali nõ
non poſſet deſiſtere quin cõicaret nec hȝ aut
tp̃s. aut ſacerdotem cum quo confiteri poſſit
26 ¶ Vndecimo dicit in ↄuerſatõne crie nõ no
tatus. vñ hiſtrionibus ⁊ hmõi nõ dȝ dari de
conſe. di. ij. ꝓ dilectiõe dꝛ. Puto nec maieſta
ti diuine nec euãgelice diſcipline ↄgruere tã
turpi ⁊ infami contagione fedetur. vñ ſm gl.
ibidem. nec talibuſ. nec cuicunqȝ infami noto
rio manifeſte danda eſt euchariſtia. Si tñ re/
uertantur ad dñm. eis cõmunio ⁊ reconcilia
tio non negatur. ut ibidem dꝛ in. c. ſe. Non ẽ
tñ intelligendum ſic ut ſtatim debeat ei dari
eucharistia. ſicut fit a multis ⁊ male. ſed ꝓꝓ
reuerentiam ſacramenti dȝ differri vſqȝ poſt
peractam penitentiam quã publice debet fa/
cere niſi articulus neceſſitatis uel pietatis ali
quando in caſu. aliter fieri perſuadeat.
27 ¶ Vtrũ ſit danda eucharistia ſuſpendendis
uel decapitandis pro ſuis maleficijs. R. ꝙ ſic
ſi peniteant ⁊ pure confiteantur. uel cupiant
ↄfiteri ſi poſſent. qꝛ nec eucharistia nec ſepul
tura eſt eis deneganda. ⁊ miſſa ꝓ eis poſſet ce
lebrari ⁊ oblatões offerri. xxvi. q. vij. c. i. ⁊ vl. ⁊
diſt. l. penitentes. ⁊. xiij. q. ij. ꝓ obeuntibuſ. im
mo hodie in cle. i. de pe. ⁊ re. ⁊ precipitur offi/
cialibus ꝙ eis adminiſtrare ꝑmittãt ſi petũt.
28 ¶ Quid de excõicatis interdictis ſciſmaticiſ
⁊ hmõi. R. ꝙ nullo mõ dȝ eis dari. Addit cor/
pore mundus. ſ. ab ea imundicia q̃ tolli p̃t aliꝛ
nõ tollendo ſȝ Aureo. vbi. ſ̃. peccat grauiter
cũ tali imundicia ſumendo eucharistiã. Sed
imundicia que tolli non p̃t. puta lepra fluxus
ſanguinis uel ſeminis. ⁊ alia infirmitas non
impedit ſumptionẽ eucharistie. ſȝ bñ celebra
tionẽ miſſe ſm ꝙ dictũ eſt. ſ̃. corpore viciat⁹.
29 ¶ Vtꝝ nocturna pollutio ipediat ſumptiõeȝ
huiuſ ſacri. R. ut colligo ex ſan. Bo. in. iiij. di.
xij. ⁊ Aureo. vbi. ſ̃. ⁊ ẽ cõis opinio. ꝙ aut pol/
lutio ꝓuenit ex cã peti mortalis certa uel ꝓ/
babili puta ex crapula uel moroſa cogitatiõe
⁊ hmõi. ⁊ ſic neceſſario teneꝛ abſtinere. aliter
peccaret mortaliter. ut colligiꝛ in. c. nõ eſt. vi.

di. ⁊ eſt ar. in. c. quiſquis. xiiij. q. i qꝛ lȝ ip̃a pol
lutio ſm ſe nõ poſſit eſſe pctm̃ mortale. hȝ tñ
pctm̃ mortale ãnexũ rõne ſue cãe. Iſtud ego
limito veꝝ. niſi ꝑuſqȝ ſumat aut celebret ↄte
raꝛ de pctõ ⁊ ↄfiteaꝛ. qꝛ ſi conteriꝛ ⁊ confeſſuſ
eſt de pctõ. ⁊ neceſſitas uel ſcandalũ cogat ad
celebrandũ uel ſumendũ non peccabit ſine ne
ceſſitate tñ ñ credo ẽt ↄfeſſus poſſit ſine pctõ
ſumere uel celebrare. ſed bñ ſine mortali pctõ
ſm Io. de ſaxo. in ſum. ⁊ Pe. de pal. in. iiij.
Aut pollutio ꝓuenit a cã que ẽ pctm̃ veniale
tñ ꝓbabiliter. ⁊ ſic non impedit neceſſario. ſȝ
de ↄgruo. niſi potior cã vrgeat ſm Ricar. in
iiij. ⁊ ſm Tho. in. iij. par. q. lxxx. peccat tñ veni
aliter ſi ſine cã neceſſaria cõicet uel celebret.
niſi in duobus caſibus ſm predictũ Io. Pri
mus qñ eſt dies feſtuſ in quo eſt ↄſuetũ cõica
re. Scðus qñ imineret ſcãdalũ niſi celebraret
puta qꝛ alius non eſt uel eſt prelat⁹ q ↄſueuit
celebrare ⁊ hmõi. Siľiter dico de illa que ꝓ/
uenit ex illuſiõe diabolica. ⁊ hoc ꝓꝓ duo. Pri
mũ ꝓꝓ imundiciã corporis. Scðȝ ꝓꝓ euaga
tionẽ mentis ſiue ineptitudinẽ. Idem dic qñ
ꝓuenit ex cã que nullũ ẽ pctm̃ ꝙ de ↄgruo dȝ
abſtinere. In hoc caſu ſanct⁹ Bo. vbi. ſ̃. ⁊ bñ
diſtinguit dicens ꝙ aut ſentit inquinationẽ
illam inclinaſſe multũ aiam. ⁊ ſic conſulendũ
eſt ꝙ faciat reuerentiam ſacro ⁊ abſtineant.
Si autem ſentit magis expeditam naturam
⁊ vlterius deuotio uel ſolẽnitas uel aliud ꝙ
multum recompenſet. puta charitas alterius
qui cogeretur celebrare i mortali uel compaſ
ſio aiarum ⁊ huiuſmodi ad ſumendũ uel cele
brandũ trahat. tunc arbitror dicit ipſum ſine
remorſu conſcientie accedere poſſe. Aut pol/
lutio prouenit ex diabolica tentatione. ut pu/
ta qñ cũ maiori deuotione diſponit celebrare
aut rõne ſolẽnitatis ⁊ hmõi citius polluiꝛ. ſic
de illo legitur in collatiõibus patrũ qui ſemꝑ
hanc patiebatur in feſtis qñ erat cõicaturus
cui decretum fuit ut ſemper cõicaret. ⁊ ſic ceſ
ſauit talis illuſio. ⁊ ſic nõ debet abſtinere
¶ Sed per quantum tempus debȝ abſtinere 30
R. ꝙ per. xxiiij. horas ſm Alb. ⁊ ſan. Tho. Sȝ
Pe. de pal. limitat verum cum accidit circa
mediam noctem. ſed ſi ante mediam noctem
accideret abſtinere non tenetur niſi quando
prouenit ex cauſa mortalis peccati.
¶ Quid de coitu ↄiugali. R. credo diſtinguẽ 31
dũ fore ut de pollutiõe nocturna. niſi ꝙ p̃t cẽ
ꝙ exigens peccaret mortaliter ⁊ tñ reddẽs in

ſtus ſi peccaret.⁊ ſic ſolū in exigente caderet ꝓhibitio non in reddente. ⁊.c.omnis homo: de conſe.di.ij.⁊.xxiij.q.iiij.ſciatis.dꝫ intelligi de conſilio in coitu de quo non eſt pctm̄. vel ſaltem ſolū veniale. Credo tñ ꝙ exigens non digne ſuſcipiat.ſed per.xxiiij.horas ad minꝰ debet abſtinere d̄ bono conſilio non de p̄cepto.vt no.in glo.in d.c.omnis. ⁊ ſequit̄ Pe. de pal.⁊ Tho.in.iij.parte.q.lxxx.

2 ¶ Utrū menſtruata vel mulier poſt partū immediate dꝫ abſtinere.R. ꝙ nō de neceſſitate. ſi tñ ex reuerentia abſtinet nō peccat.di.v.c. ad eius.⁊ d̄ puri.poſt par.c.vno.dūmō cōicet ſm inſtitutionē eccleſie in.c.oīs.de pe.⁊.re.

¶ Quid ſi inuenit non cum predictis perſonis aut aliqua earum ſed cum aliqua alia cōſanguinea. R. ſm tex. d. c. ſi vero. q̄ erit excōicatus percutiens. q: prefata conceſſio non extenditur ad alias perſonas. Ho. tamen extendit filiam ad neptem ⁊ vxorem ⁊ ad ſponſam vt in aut. vt lice. matri ⁊ auie. §. q: vero. ⁊ Inno. matrem ad aſcendentes. ⁊ filiam ad deſcēdentes. prima tñ opinio tutior eſt vt non extēdatur. ar. optimū in. l. pure. ⁊ qđ ibi nota. ff. đ adulte. vbi nomine patris cui licet filiam in 17

adulterio occidere non veniunt aſcendentes

18 ¶ Quid ſi non venit in actu coitus cum predictis pſonis ſed in oculis amplexibus. ⁊ huiuſmodi ſignis propinquis coitus. uel explendi. uel expleti. R. Mo. vbi. ſ. ꝙ ſi huiuſmodi fiant in loco ſuſpecto non erit excõmunicatꝰ verberans eum. Secus ſi in publico oſcularetur ſm morem patrie.

19 ¶ Utrum poſt expletum opus nephariuꝫ cũ aliqua prefatarum ex interuallo percutiens ſit excõmunicatus. R. Dire. li. iij. ti. ij. ꝙ ſic. niſi forte ter monuiſſet eũ. ut in aut. ut lice. ma. ⁊ auie. §. his quoqꝫ. ⁊ C. de adul. aut. ſi quis ei vbi patet ꝙ ſi ter coram teſtibus monuit ſuſpectum. ⁊ poſtea inuenit confabulari cũ vxore poteſt eum occidere credo tñ ꝙ ſit etiam excõmunicatus ſi monuit ter. dũmodo non inueniat eum in actu aut propinquitatibus. ar. d. c. ſi vero. poſſet tñ eũ capere poſt talem monitionẽ inueniens eũ colloquentẽ ⁊ iudici pſentare. argumen. in. l. capite. v. ff. de adulte.

20 ¶ Quid ſi procurat ut clericus vocet ab vxore ad turpitudinẽ ⁊ ſic eum verberat. R. Mona. vbi ſupra ꝙ excommunicatus eſt tam ipſe ꝙ̃ vxor. quia in dolo ſunt.

21 ¶ Utrum mulier petita de turpitudine a clerico licite eum percutiat. R. Mona. vbi. ſ. ꝙ ſic. ſi eam inuitam tangebat. uel vim corporalem inferebat. dummodo faciat cum moderamine inculpate tutele. Secus ſi eam non tangebat. ſed ſolum verbis eam impetebat. Qđ verum credo quando ſolum verbis potuit cũ repellere. alias licite eum percutit. nec etiam excommunicata eſt ſi zelo caſtitatis accenſa modum excederet. non ex propoſito ſed ſubito ⁊ improuiſe. ar. eorum que notant̃ in glo. principio. xxiij. queſtione prima.

22 ¶ Septimo ratiõe perditionis priuilegij clericalis. quod quidem perditur multis modis aliquando ratione inhoneſtatis. de quo vide ſupra Clericus. ix. §. iij. cum ſequentibꝰ. ⁊ Clericus. x. §. i. Aliquando ratione bigamie. de q̊ ſupra Bigamia. §. x. cum ſequentibus. Aliqñ propter qualitatem perſone ſicut clerici coniugati ſi non deferunt habitum ⁊ tonſuram ſine aliqua monitione omne priuilegium perdunt ſm Johan. Mo. ⁊ Archidia. in capitulo Johannes de cleri. cõiuga. tex. eſt in. c. vnico. de clericis coniugatis li. vi.

23 ¶ Sed nunquid ſi iſti reaſſumunt habitum ⁊ tonſuram gaudeant priuilegio. R. Johan. mo. ⁊ Archi. ⁊ Johan. de ligna. ꝙ ſic. per Cle. primaꝫ. de vita ⁊ honeſtate cleri. Alij dicunt quod nunquam. ſed primũ verius. Aduerte tamen hic ꝙ eſt duplex priuilegium ſm Pa. in. c. i. de apoſta. ſcilicet fori. ut tantum conueniantur ſub iudice eccleſiaſtico. Aliud canonis ſi quis ſuadente. de quo hic. Primũ cum maiori difficultate pditur ꝙ̃ ſecundũ. q: nec ex ſola dimiſſione habitus. aut immixione enormiũ ⁊ hmõi. perditur. ut in. c. ſi iudex. eo. li. vi ſed bene quandoqꝫ ſm ut dictum eſt.

¶ Aliqñ pp depoſitionẽ. utputa q: eſt degradatus actualiter. de quo vide. ſ. degradatio. 24
Aliquando propter hereſim. quia hereticus perdit omne priuilegium. c. excõmunicamus de here. ita tenet Inno. in capitulo ſi vero. ⁊ ſequit̃ Pa. in. c. contingit. el primo. eo. ti. Aliquando propter excõmunicationem ſecundũ aliquos. Cõmunior tamen opinio eſt ꝙ percutiens excõitatum clericum eſt excõmunicatus. quia non amittit priuilegiũ ſm Jo. Uincen. Hofre. Inno. Jo. an. nõ. de H. in. c. multi ij. q. i. ⁊ in. c. excõmunicatorum. xxv. q. v.

¶ Septimo ratione ignorationis. Puta q: 25
comam nutriebat. nec aliquid apparebat de clericatu. ⁊ ſic credebat laicum. ut in. c. ſi vero el. ij. eo. ti. uel ſi habebat habitum non eum videbat. q: de nocte erat. q: ſm Hoſt. ⁊ Inno. in c. cum nõ ab homine. de iudi. ⁊ d. c. ſi vero. oꝫ ergo intendat percutere clericum. uel intendere debeat ut ſit excõmunicatuſ. Si vero videret ei tonſuram licet non crederet clericũ eẽt excõmunicatus percutiens. quia credere debebat. Intellige ſi ille erat clericuſ. quia aliter non eſſet excõmunicatus. etiam ſi clericũ credidiſſet qui clericus non eſt. per. d. c. ſi vero. ſecundũ Ber. ⁊ Inno. nec etiam irregularis eſt ſm Fede. conſilio. xiij. ſi in tali dubio celebraſſet. ut ſequitur Pa in. d. c. ſi vero.

¶ Octauo ratione qualificationis facti. naꝫ 26
oportet ad hoc ut quis incidat ad excõmunicationeꝫ percutiendo clericum ꝙ peccet mortaliter. quãdo ergo iniectio manuũ eſt taliter qualificata ꝙ peccatum mortale non eſt. excõmunicatio non incurrit. ſicut probatur in puero qui non eſt doli capax qui percutiendo ñ incidit. ut in. c. i. eo. ti. propter quod teneo cuꝫ Pe. de peruſio ꝙ fugiens inimicos ſi equuꝫ uł gladiũ violent de manu clerici accipiat. ut ſe defendat nõ incidat in excõmunicationẽ ꝙ̃uis Ber. brix. ⁊ Tancre. teneant contrariũ

Sed verius eſt dictum Petri per rationem
ſuã qui dicit ſic. Nullus ſapiens diceret hũc
peccaſſe mortaliter. Et cum excõmunicatio ñ
inferatur niſi pro mortali.xi.q.iij. Nemo epi-
ſcoporum. ergo non erit excõmunicatus. qđ
no.bene pro multis. Idem dic ſi quis violent̃
includit clericum ne ab inimicis ledatur.qꝛ ſi
ſit violentia nõ tamen ineſt dolus ſm Inno.
in.d.c.nuper.duo enim requiruntur.ſ. anim⁹
doloſus ⁊ opus ſm nõ.Jo.an.in.c.perpetue.
de elec.li.vi. Similiter ſocius q̃uis turbatuſ
clericum impellit non ex deliberatõne.ſed ex
ſubito motu nõ erit excõmunicatus. ut tenet
Ricar.in.iiij.di.xviij.facit tex.in.§.notañ.⁊
q.iij. inconſultus calor calũnie vitio caret. ⁊
ob hoc nullam penam erogari oportet. ⁊ pro-
pterea dicitur. Si quis ſuadente diabolo. qđ
proprie nõ.dolum ⁊ mortale peccatum.

16 ¶ Nunc reſtat videre quis dicatur clericus
vel monachus. R. ꝙ nomine clerici hic com-
prehenditur omnis habens aliquem ordineꝫ
etiam primam tonſuram ſolum. ut de eta. ⁊
quali.c.cum contingat.⁊ no.p.Pe.de ancha.
c.i.de cle.coniuga.li.vi. Nomine monachoꝝ
uel monialium veniunt hic omnes profeſſi
quãcunqꝫ regulam approbatam. Et nomine
noniciorum veniunt ingreſſi religionem ap-
probatam ut probent ſi in ea manere debent
Nomine vero conuerſorum ⁊ conuerſarum
hic veniunt oẽs qui mutato habitu ſe ⁊ ſua
alicui de religionibus approbatis dedicaue-
runt perpetuo.ſiue ſint maſculi.ſiue ſint femi-
ne. Et licet glo.in.c.quiſquis.xvij.q.iiij. tene-
at ꝙ conuerſi ⁊ penitentes gaudeant priuile-
gio clericali. Et per hoc inferatur ab aliqui-
bus ꝙ mulier incluſa ut totaliter vacet deo ⁊
heremite qui contemptis mundanis. ut deo
vacent deſerta loca inhabitant. Et conuerſi
eccleſiarum ſecularium qui ſe ⁊ ſua dedicarũt
deo.⁊ incedunt tonſorati.uel mutauerunt ha-
bituꝫ ⁊ interſunt cõmuniter horis diuinis ⁊
huiuſmodi.ſimiles ſicut ſunt fratres ⁊ ſoro-
res tertij ordinis ſancti Franciſci qui viuunt
in congregatione ſicut ceteri religioſi ꝙ gau-
dent iſto priuilegio ita ꝙ verberans eos ſit ex-
cõmunicatus. Hoc tamen ego non teneo p⁹
factum.ſed bene ante factum. tum quia non
ſunt religioſi proprie eo ꝙ tria vota non pro-
mittũt vni de religionib⁹ approbatis. ⁊ cras
poſſunt eſſe mere ſeculares ſi volunt. tum ẽt
ꝙ nec ſunt conuerſi religionis approbate. ⁊
tex.in.d.c. non dubiuꝫ.⁊ alibi non loquit̃ ſim-
pliciter de conuerſis.ſed de conuerſis religio-
nis.multo minus heremite qui cauſa queſtuſ
ut ſunt cõiter noſtri temporis ſibi formant
habitum. ⁊ illi conuerſi eccleſiarum qui ſibi
proprietatem ſuorum retinent ⁊ fratres ter-
tij ordinis prefati qui in domibus ꝓprijs cũ
vxorib⁹ ⁊ filijs viuũt gaudent iſto priuilegio
ar.c.duo.ſũt.xij.q.i.⁊ qđ nõ.ho. ⁊ cõiter doc.
in.d.c.non dubium.⁊ Car.in cle.de deci.

¶ Poſtremuꝫ ſciendum eſt.quid eſt inijcere 17
manus violentas. ⁊ dic ꝙ eſt omnis violen-
tia que fit perſone.vnde ſm Pa.in.c. nuper
eo.ti.canon.d.c.ſi quis ſuadẽte ponderat po-
tius effectum violentie q̃ ipſum modum in-
ferendi violentiam.⁊ hoc patet in.d.c.nuper.
vbi detinens clericum in cuſtodia publica vł
priuata.vel in domo aliqua.quãuis manus ñ
inijciat eſt excõmunicatus.ex quo libere non
põt ire. Item iniurioſa manus iniectio abſqꝫ
violentia in clericum facta inducit hanc excõ-
municationeꝫ.ut in.c.contingit. el primo.eo.
ti. Ex quo patet ꝙ non ſolum qui eum percu-
tit.etiam voluntarium eſt excõmunicatus.ſꝫ
etiam ſi clericus ſeipſum percutit ex ira vel
odio.ſicut faciunt qui tedio vite uel alia de-
ſperatione ducti ſeipſos interficiunt uel mu-
tilant.ut tenent cõmuniter doc.in.d.c.contin-
git. Similiter qui ſpuit uel aquam aut aliud
effundit ſuper eum.uel ponit cuſtodes ut ca-
piant eum ſi exierit de domo. Similiter ſi vis
fiat rebus ſibi inherentibus.utputa equo cui
inſedet.vel qđ aliud quod tenet eripitur vio-
lenter. Aut ſcinditur ſiue frangitur. ut tenet
Car.in.cle.i.de penis.niſi ſit res quam ꝓpria
auctoritate capere poteſt.qꝛ tunc non incidit

¶ Sꝫ quid ſi ſolo metu inducat ut ei aliquid 18
det.R.dic in.li.iij.ti.ij. ꝙ non eſt excõmunica-
tus. Similiter qui cuꝫ in aliqua domo obſer-
uant ſolum.ut ei verecundiam aliquã faciãt
Nec etiam qui cum dormit.uł non ſentit fur-
tiue zonam uel burſam uel quid ſimile aufert
qꝛ in huiuſmodi violentia perſone nõ fit.uel
rebus ſibi coherentibus. Concor. Car.in cle.
i.de penis. Item nec eſt excõmunicatus qui
licet habeat animũ ledendi. non tñ cũ tangit
licet vibret enſem ſuper caput eius.uel ſi tan-
git ei vim non infert nec leſionem. quia ver-
ba ſunt cum effectu accipienda.c.relatum. de
cle.non reſi.nec obeſt conatus ſine effectu. de
ſpon.c.iuuenis.

29 ⁋ Vtrū pſequens clericū.ut percutiat. ⁊ ipſe fugiens cadit ⁊ lediť ſit excōicatus.R̃. Rod. q̄ nō.niſi quaſi coactus ut euadat ſe p̄cipitet vel in aliud periculū ſe ingerat. Sed ego cre/ do q̄ ſit tutius dicere q̄ ſit excōicatus q: ſatꝭ manum imponit.⁊ eſt ſecurius hoc tenere.

30 ⁋ Mandās ēt dr̃ iniicere manus.q: ut dr̃ in c.mulieres.eo.ti.is vere cōmittit cuius mandato vel auctoritate fit.⁊ iō eſt excōicatus ſi man/ datarius clericū percuſſit.ut in.d.c.mulieres.

31 ⁋ Quid ſi mandator reuocauit mandatū ſed anteq̄ veniret ad noticiā mādatarij pcuſſit. R̃.lꝫ Inno.teneat ñ eē excōicatū.tñ ſm Ber. ⁊ Hoſt.ut refert dire.vbi.ſ.niſi re integra re uocauerit mandatariū.⁊ cū certificauerit ſup hoc erit excōicatus.ar.l.ſi mādaſſet.ff.māda. de procu.ex inſinuatione de reſcrip.ex pte de cani. Hoc ēt tenet Io.xxxvi.di.tibi domino

32 ⁋ Quid ſi poſt mandatum mortuus eſt mā/ dator re integra.R̃.ſꝫ Dire.vbi.ſ.q̄ licet mā datarius poſtea percuſſerit non erit tñ man/ dator excōicatus. quia ſuperſtes tm̄ ligatur. xxiiij.q.i.quodcunq̄ꝫ.licet ſi notoriū ſit de mā dato.⁊ ſigna penitentie non oſtenderit nō ſit ſepeliendus in ſacro. nec eccleſia orabit ꝓ eo ratione peccati notorij.ut tenet Ho. ⁊ Ber. ⁊ Inno. Pa.aūt.in.c.a nobis.el.ij eo.ti.vide tur tenere q̄ niſi mandatarius habuerit noti ciam de eius morte erit excōmunicatus.etiā ſi penituerit in morte ⁊ eſt tutius. licet de ri/ gore iuris non ſit excōmunicatꝰ. cum in veri tate mandatum reuocatum fuerit morte. vt no.idem Pa.in.d.c.mulieres.

33 ⁋ Quid ſi nō mandauit. ſed dixit aliqua ver ba doloſe.ut inducat ad percutiēū.R̃. q̄ ſi ta/ lia ſunt verba que cooperarenť mandato vel conſilio.puta dicit faceret mihi ſingularē cō/ ſolationē.vel ſemꝑ vellem ei bonū qui pcute/ ret.nulli dubiū q̄ ſi ſequiť pcuſſio ex hoc erit excōicatus.ut in.d.c.mulieres no.q: nō refert quid ex equipollentibus fiat. Vnde ut refert Bar.in.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.d̄ ac qui.here.q̄ dñs verberatus a quodam dixit coram famulis ſuis.niſi aliud de tali audiero anteq̄ꝫ domū reuertar ero male contentuſ.ꝓ pter quod famulus interfecit pcuſſorem fuit punitus ipe dñs de homicidio.⁊ ꝓpterea dic Pa.in.c.ex lr̄iſ de exceſ.pla.q̄ nō refert an di recte vł idirecte aliqd ꝯſulať. ut ꝓbať in.d.c. ex litteris in epo.qui dixit oēs dicūt q̄ maluꝫ eſt ſi euaſerit cui homicidiuꝫ imputatur. ⁊ fa cit ad hoc.l.certum.ff.ſi cer.pe. ⁊.l.cū quid eo. ti.facit qđ no.Bal.⁊ Ang.⁊ Raph.⁊ Inno.i l.quid ergo.§.pe.ff.de lega.i.qui volunt q̄ in ſtigans ⁊ ſolicitans aliquem ut percutiat ſit excōmunicatus ſi ſequatur percuſſio. Secus āt ſi nō ſunt talia verba q: nō erit excōicatꝰ.

⁋ Cooperans auxilio vel conſilio non ſolum 34
eſt excōmunicatus.ſed etiam ꝓhibere valēs ſi nō obuiat ne verberetur.c.quante eo.ti.qđ indubitatum eſt ſm omnes.⁊ in eo ſub cuiuſ poteſtate eſt verberans. In alijs autem qui non habent ex officio ſi non prohibēt doloſe ſimiliter eſt indubitatum. q̄ ſunt excōmuni/ cati.Si vero hoc non facit doloſe.ſed q: non vult ſe imiſcere rumoribus vel ex timore vel negligentia non prohibet.tenent cōmuniter doctores q̄ non excōmunicatus.in.d.c.quan te.vbi Io.an.in nouella dicit notabile verbū in hunc inquit vel alium canonem nullus in cidit.niſi ſit in dolo.ar.ff.de adulte.l.penulti. ff.de ſicca.l.i.Idem Io.de ligna.

⁋ Sed quid de clerico qui volūtarie ſubijcit 35
ſe verberibus an ipſe ſit excōicatus.R̃.q̄ non vt tenet Pa.in.c.contingit.el i. Nec obſtat quia non obuiat.quia non facit doloſe.ſed in ſatiſfactionē.⁊ vt maius forte malum euitet. nec etiā obſtat quod participat in crimine.q: ſm Io.an. in.c. delictum. de regu.iu.li.vi. in mercurialibus.talis verberans vno impetu plures ictus dat.⁊ eſt ſolum excōicatus vna excōicatione.q: pro vno facto habeť. hoc idē no.Bar.in.l.nunquā.ff.de priua.delic.⁊ q̄ ſit verior opinio patet in.d.c. contingit. vbi dic̄ tex.excommunicandum talem clericum.

⁋ Ratum habens q̄ aliquis nomine ſuo in/ 36
iecit manus violentas in clericū eſt excōica/ tus.q: ratihabitio mādato comparať. Secꝰ ſi nō ſit factum noie eius.q: licet ratum habe at.non tñ eſt excōicatus,quāuis peccet mor/ taliter.de ſenten.excom.c.cum quis.li.vi.

⁋ Queritur vtrū prefati iniicientes manus i 37
eccleſiaſticam perſonā ſint ſemper a ſede apo ſtolica abſoluēdi.R̃.q̄ diſtinguendū eſt inter iniuriam leuem mediocrem ⁊ enormē.vt pro iniuria leui quilibet epiſcopus poſſit abſolue re iure ſuo.auctoritate.c.peruenit.eo.ti. pro i iuria vero mediocri non poteſt eps abſoluere niſi priuilegiatos.⁊ qui ſint no.in.c.ſi vero.el primo.eo.ti.⁊ in.c.quoniā.de vi.⁊ ho.cle. vbi hoc eſt priuilegium clericorum communiter viuentium ⁊ clauſtralium.In iniuria autem

enormi regulariter nullus poteſt abſoluere ci
tra ſedem apoſtolicã. vt in.d.c.ſi quis ſuaden
te.vel legatoꝝ eius. de quo vide legatuſ.§.iiij
niſi in caſibus de quibus.j.§.xxxviij.

38 ¶ Sed nũquid inferior epõ qui hȝ quaſi epã
lem iuriſditionem poterit abſoluere ſicut epi
ſcopus poteſt in iniuria leui vel mediocri.R.
ꝙ cõmuniter tenetur ꝙ non.quia.d.c. perue/
nit loquitur de epiſcopo ⁊ nõ de inferiori. qr
dicit fraternitati. nam inferiores dicuntur fi
lij.vt in.c.qȝ graui de cri.falſi. Fallit hoc in ha
bentibus auctoritatem epiſcopalem a papa
quia poſſunt ſicut epiſcopi quoſcunqȝ in foro
penitentiali abſoluere. Similiter fallit in pre
latis religioſorum quorũcunqȝ qui ſi ſunt ſa
cerdotes poſſũt abſoluere ſibi ſubditos ſe ad
inuicẽ ꝑcutientes dũmõ iniuria non ſit enor
mis.vt in.c.cuȝ illoꝝ.co.ti.⁊ extenditur iſtud
priuilegium ad magiſtrum ⁊ fratres hoſpita
lis ieroſolimytani.vt in.c.canonica.co.ti.qui
poſſunt abſolui a ſuo priore ſi preſbyter eſt.⁊
dr̃ ille prelat⁹ qui non habet ſuper ſe maioreȝ
in conuentu.nõ autem ille prior trium vel q̃/
tuor qui inſtituitur ⁊ amouet̃ ad arbitriũ ſu/
perioꝝ niſi ſuper hoc habeant priuilegiũ ſpe
ciale.poteſt tamen epũs cõmittere hanc aucto
ritatem abſoluendi inferiori.vt no.in.c.ſi.de
offi.ordi.⁊ ſimiliter prelati religioſoꝝ.cũ illõ
competat eis ex priuilegio rõe dignitatis. vt
in.c.eis quibus de offi.ordi.in tex. ⁊ in glo.c.
ſi.de offi.dele.loquit̃ quando cõmiſſio fit rõe
perſone.quod bene no.pro limitatione.d.c.ſi.

39 ¶ Sed quid ſi prelatus predictorum religio/
ſorum non eſt ſacerdos.vel eſt excõmunicat⁹
vel mortuus.vel aliter impedit⁹.R.ſm Ho.
ꝙ in defectũ ipſi⁹ ſꝑ eſt ad epm̃ proprium re
currenduȝ vt patet in.c.monaci. ⁊.c.cũ illorũ
⁊.c.canonica.co.ti.⁊ concor.cum hoc Fede.in
quodam conſilio. ⁊ Be.in.c.religioſo. propt̃
rationẽ ne euagandi ⁊c̃. Sed Pa.in.d.c.mo
naci.tenet contrarium in religioſis exemptis
⁊ dicit ſimilit̃ in contrariũ facere nõ. per Jo.
an.in regula ſcienti de reg.iu.in mercurialib⁹
Et hoc credo veriuſ.per.c.pe.de offi.or.⁊ tex.
iuncta glo.notabili in cle.pe.de ſen.ex. Ibunt
ergo ad papã.de q̃ vide infra exemptus.§.vi.

40 ¶ Quis abſoluet abbatem excõmunicatum
pro iniectione.R. Pan.in.c.vniuerſitatis.ꝙ
epiſcopus. vt in.d.c. monaci. niſi iniuria ſit
enormis.vel niſi ſit exemptus.

41 ¶ Utrum ſi regularis percutiat regulareȝ al
terius clauſtri.prelatus percutiẽtis poſſit ab
ſoluere.R.ſm Pa.in.d.c.cũ illoꝝ.cũ Hoſti.
⁊ Ber.ꝙ debet aduocari prelatus percuſſi ñ
vt abſoluat ſed ut iniuriaȝ remittat.aliter ab
ſolui nõ debet.⁊ iſtud eſt verius.lȝ do.Anto.
teneat ꝙ ambo debent abſoluere. vel com/
mittere vnus alteri vices ſuas.

¶ Utrum regulares extra clauſtrum ſe per/ 42
cutientes poſſint ſimiliter abſolui.R. ꝙ licet
Hoſti.dicat ꝙ non. Ego teneo cuȝ Pa.in.c.
cum illoꝝ.⁊ eoruȝ prelatus poterit eos abſol
uere.quia dicta.c. cum illorum. ⁊.c. canonica
loquunt̃ indiſtincte.nec repetunt in clauſtro.

¶ Sed quid ſi regularis percuſſerit clericum 43
ſecularem ſue vel alterius dioceſis.R.ꝙ pro/
prius epiſcopus abſoluet cum in eo caſu in q̊
poſſet clericum ſuum ſi percuſſiſſet alium ab/
ſoluere.vt in.c.religioſo.co.ti.li.vi.⁊ non pro
prius prelatus ſuus.niſi ſit exemptus taliter
ꝙ etiam ratione delicti non poſſit conueniri
niſi ſub ſuo prelato.quia abſe luetur a ſuo pre
lato de conſenſu epiſcopi.

¶ Querit̃ quid tenendũ ſit de monialibus q̃ 44
ſe inuiceȝ percutiunt.R. ꝙ abſoluent̃ ab epõ.
in cuius dioceſi ſunt earum monaſteria. ⁊ h̃
non ſolũ ñ exempte.ſed etiam exempte. ita te
nent communiter doctores ⁊ glo.in.c.de mo/
nialibus.co.ti.niſi aliud habeant priuilegiũ.

¶ Quid d̃ ſororibus ſancte Clare ⁊.ſ.Domi/ 45
nici.R. Pa.in.d.c.de monialibuſ.dubitat an
poſſint abſolui a ſuis prelatis.ſed hodie claꝝ
eſt per priuilegia ipſarum ꝙ poſſunt.

¶ Utꝝ nouicius qui iniecit manus violen/ 46
tas ante nouiciatum poſſit abſolui a ſuo pre
lato.R.ſm Jo.an.in.c cuȝ illoꝝ.extra de ſen.
ex.⁊ Be.in.d.c.religioſo. ꝙ abbas ñ p̃t abſol
uere nouiciũ tempore nouiciatus. niſi ſit ex/
preſſe vel tacite profeſſus.⁊ lȝ Inno.⁊ Ho.in
d.c.monaci.⁊ Archi.in.d.c.religioſo videant̃
tenere contrarium.ſ.ꝙ poſſit.tamen eos limi
ta quando percuſſio fuit facta tempore noui/
ciatus.non ante niſi ſint priuilegiati.

¶ Quid ſi nouicius percutiens in nouiciatu 47
⁊ abſolutus egrediat̃.R. ꝙ ſi egrediat̃ niſi ſe
repreſentet quãprimũ cõmode poterit ei qui
de iure eũ abſoluere poterat incidet in eandẽ
vt in.c.eos.co.ti.li.vi. Nec oĩa locũ hñt qñ in
iuria eſt leuis.vel qñ eſt mediocris vel grauiſ
non qñ iniuria eſt enormis. qr a papa ſolum.
vel ab eius legato poſſunt abſolui. vt in.c.ad
eminentiam.co.ti.iuncto.c.cum illoruȝ.co.ti.

Quando autẽ iniuria dicitur enormis. vide
ſupra. Enormis. Quãdo nõ.grauis uel leuis
aut mediocris relinquit̃ arbitrio iudicis ſm
Pa.in.c.peruenit.eo.ti.
48 ¶ Queritur in quibus caſibus expreſſe con/
ceditur epiſcopis.ut ab enormi uel graui in/
iuria abſoluant.R̃.ꝙ in.vij.caſibus.
49 ¶ Primo in articulo uel periculo mortis cõ
ſtituto.ut in.d.c. ſi quis ſuadente. ꝛ.d.c. non
dubium.ꝛ.c.ea noſcitur.§.fi.ꝛ.c.quod de his
eo.ti.nec ſolum epiſcopus ſed quilibet ſacer/
dos ſecundum modum de quo ſupra Abſo/
lutio.iij.§.xvi. Et quis dicat̃ in periculo mor
tis. vide mors §.vi.
50 ¶ Secundus in habente legitimum impedi/
mentuꝫ propter quod non poſſit adire papã
uel alium qui poteſtatem habeat abſoluendi.
ut in.c.de cetero.ꝛ in.c.quod de his eo.ꝛ in.c.
eos.eo.li.vi. Et quid ſit legitimũ impedimen
tum.R̃.ꝙ eſt omne quod arbitrio boni viri
rationabiliter impedit.utputa quia habet ca
pitales inimicitias.d.c.de cetero.etiam ex cul
pa ſua.l.nec timore.ff.quod me.ca.de ſpon.ve
niens.uel eſt infirmus.ut i.c. quod de his eo.
licet non ſit periculum mortis.uel eſt pauper
non mendicans qui viuit ex artificio quod ſi
poteſt i via exercere.uel ſi mendicans ſibi.uel
vxori. uel alteri ſubueniebat quod alibi non
p̄ſſet. Secus in mendicante qui ſolum ſibi hꝫ
prouidere. qꝛ ſi eundo ꝛ mendicando poſſet
neceſſaria inuenire non poſſet abſolui.ut no.
Pa.in.c.ea noſcitur eo.uel eſt multum ſenex
in.d.c.quamuis.ꝛ huiuſmodi. Imponetur ta
men eis ut ceſſante impedimento ſe repreſen
tent.exceptis ſenibus.qꝛ ſenectus nunquam
deficiet.ꝛ licet videantur fortes.tamen quia
periculum eſt abſoluentur ſm Inno. ꝛ Ho.
in.d.c.quamuis. ꝛ de iſtis impeditis dic ut.ſ.
abſulutio.iij.§.xvi.
51 ¶ Tertius in nobilibus magne potentie qui
non poſſunt terras ſuas relinquere prius ta/
men anteq̃ꝫ abſoluantur intimanda eſt eorũ
conditio ſummo pontifici. ꝛ ſecundum eius
conſilium abſoluentur. niſi ſit periculum in
mora.c.mulieres.§.i.eo.ti.
52 ¶ Quartus in mulieribus cuiuſcunqꝫ con/
ditionis ſint.d.c mulieres. ꝛ qualitercunqꝫ p/
cuſſerint etiam atrociter.
53 ¶ Quintus in his qui ſui iuris non ſunt ſicͭ
ſunt filij famil'.ſerui ꝛ huiuſmodi. etiam ſi fi
lius habet. ꝛ ipſe familiam. Et hoc intellige
in iniuria mediocri ſimpliciter.in enormi vo
non poſſunt abſolui.niſi fecerint in fraudem
uel niſi quando dominus uel paterſamilias
non exiſtens in culpa ex eorum abſentia gra/
ue damnum incurreret.qꝛ tunc poſſunt etiaꝫ
ab enormi abſolui.niſi ſit facta per dolum.ut
no.in.c.relatum.eo.ti. Nec diſtinguo in filijs
familias ſm Pa.in.c.relatum.ꝛ placet quia
ſufficit ꝙ non ſint ſui iuris.
¶ Sed an hoc idem erit in viro qui in fraudẽ 54
vxoris fecit.uel in liberto.R̃.glo.in.d.c.relatũ
ꝙ non qꝛ cum hoc edictum ſit prohibitoriuꝫ
non extenditur niſi ad expreſſe exceptos ar.c.
cum illorum.eo.ti. ꝛ no. Pa.in.d.c. relatum.
Hoſti. tamen ibidem tenet ꝙ idem erit iudi
cium ſicut de ſupradictis.quia tales perſone
non ſunt ſui iuris.ꝛ placet mihi.d.c.mulieres
quando patronus uel vxor graue damnũ pa/
teretur propter eorum abſentiam.ar.d.c.rela
tum. Cum autem efficiuntur predicti ſui iuris
uel liberi tenentur ſe p̄ſentare apoſtolice ſedi
¶ Sextus in iuuenib9 nec diſtinguo an ſint 55
ſui iuris uel non. ſiue ſint diuites uel non. qꝛ
ſimpliciter non tenentur ire. qꝛ eorum itine/
ratio periculoſa eſt.ut no. Pa.in.d.c.ea noſci
tur.impedimento tamẽ iuuentutis ſublato
tenentur ſe p̄ſentare pape.ut no.in.d.c.q̃uis
¶ Septimus in hoſtiario uel officiali qui pre 56
textu officio arcendo turbam percuſſit cleri/
cum.ut no.in.c.ſi vero.el primo.eo.ti. Hoc in
tellige verum in mediocri non autem in gra
ui percuſſione.ut no.ibideꝫ.ꝛ hic accipio gra
uem pro enormi mediocrem pro graui. Naꝫ
ſm Monal. inter enormem ꝛ leuem eſt me/
dia que grauis dicitur.que ut diri arbitrio iu
dicis extimabitur ex qualitatibus ꝛ circumſtã
tijs.ff.de verbo.ob.l.continuus. ꝛ de voto.c.
ꝙ ſup his. Aduerte etiã hic ꝙ ſi officialis lai
cus aliter q̃ꝫ arcendo turbam iniicit manum
in clericum ꝙ non poteſt abſolui niſi a papa
qualitercũqꝫ leuiter percuſſerit. qꝛ iniuria eſt
grauis.qꝛ vſurpat ſibi iuriſditionem in cleri
cum.ita no. Pa.in.d.c.ſi vero.ꝛ ibi tex. aper/
tus. Quod verum intelligo quando hoc facit
tanq̃ꝫ officialis. Secus ſi percuſſerit tanq̃ꝫ p/
ſona priuata.quia niſi eſſet iniuria grauis no
eſſet mittendus ad papam.
¶ Octauus pueri impuberes qui doli capa/ 57
ces percuſſerunt. ut in.c.i.eo.ti. ſiue ante pu/
bertatem petant abſolutionem ſiue poſt.c.fi.
eo.ti.nec tenentur ſe preſentare ceſſante pue/

ritia.d.c.fi.⁊.c.q̄ꝫuis.q꜃ nihil d̾r de iuramen/
to.⁊.c.q̄ꝫuis excipit pueros. Vn̄ dicit Pa.in
d.c.fi.ꝙ beneficium ſemel indultum minori
ex quo ceepit habere locū nō extinguit̾ per ſu/
peruenientiam maioris etatis.quod nota.

**Caſus** ij.eſt in.c.querēti.de offi.dele.Si
obedientē ſnie delegati vltra an
num.de quo dic vt.ſ.abſolutio.ij. in prin.

**Caſus** iij.eſt in.c.dura.de crie fal.vbi ex
cōicati ex generali ſnia ſuoꝝ dio
ceſanoꝝ hn̄tes lr̄as apoſtolicas falſas.inſi in
fra.xx.dies poſt q̄ꝫ cognouerit ſe hr̄e litteras
falſas illas deſtruxerint aut reſignauerint il/
lis non poſſunt abſolui poſt lapſū dictoꝝ.xx.
dieꝝ niſi a ſede apoſtolica.vl̾ de ciꝰ ſpāli mā
dato.Aliqui tn̄ tenent ꝙ iſti.xx.dies incipiūt
currere a die noticie.ſ.ꝙ habent predictas lit
teras falſas.vt Hoſt.ſed Pa.in.d.c.dura.tꝫ
ꝙ incipiunt currere a die excōicationis pro/
late per ordinarios contra tales: ita ꝙ niſi il/
la preceſſerit non erunt excōmunicati. ⁊ hoc
credo verius.ſaltem poſt factum.⁊ hac etiam
ſentētia ligantur ſi excōicatio preceſſerit. q̄ꝫ/
uis ipſis litteris falſis nō fuerint vſi.

1 ¶ Quid de falſarijs litterarū apoſtolicarum
R̸. ꝙ omnes tam clerici q̄ꝫ laici qui per ſe vel
per aliū vitium falſitatis exercuerint cū fau/
toribus ⁊ defenſoribus ſuis ſūt excōicati ipo
facto.⁊ hodie per proceſſum annualem factū
in die cene dn̄i nō poſſunt abſolui citra ſedeꝫ
apoſtolicam.necnon falſarij ſupplicationum
gratiam vel iuſticiam concernentiū per pon
tificem vel vicecancellariū aut regentem offi
cium canzellarie ſignatarum.

2 ¶ Utrꝫ vtentes litteris apoſtolicis falſis ſint
excōicati ipſo iure. R̸. ꝙ ſic.ſi ſunt laici tamen
poterūt abſolui a ſuis ordinarijs. vt patet p
c.ad falſariorum .de cri.fal.clerici vero nō ſūt
excommunicati ſm Pa.in.d.c. ad falſariorū
q̄ꝫuis Hoſti.teneat contrarium.

3 ¶ Utrꝫ corrigentes lr̄as pape ſint excōicati.
R̸.ſm Ho.vt recitat Pa.in.c.ex litteris. de
fi.inſtru.ꝙ ſic etiam ſi vnam figuram ſiue lit
teram vel etiam dimidiam abraſerint deleue
rint.aut cancelauerint ſine licentia illius ad
quem ſpectat poſt q̄ꝫ littera eſt bullata vel ſi/
gnata.nec poſſūt abſolui citra ſedem apoſto/
licam.Poſſet tamē impetrās totam litteraꝫ
lacerare ſeu bullam ſi illa non vult vti.ex quo
patet ꝙ etiam ſimplex notarius qui litteras
apoſtolicas ſcripſerit nō poteſt illas corrige/
re poſt q̄ꝫ ſūt bullate vel ſignate ſine licētia of
ficialis ad hoc deputati. hoc tamē ⁊ bn̄ limi/
tat Ri.in.iiij.di.x.ar.xij.q.iiij. verum ſi talis
abraſio.vel correctio. ſeu mutatio faciat. vt
bulla que an̄ erat inualida efficiat̾ valida vel
ſi erat vtilis ſit magis vtilis.

¶ Utrꝫ impetrās litteras dn̄i pape tacita ve 4
ritate.vel ſuggeſta falſitate ſit excōicatus. R̸.
Ri.vbi.ſ.q.iij.ꝙ licet ſit falſarius nō tamen
eſt falſarius litteraꝝ dn̄i pape.q꜃ veras litte/
ras impetrat.⁊ ideo nō eſt excōicatus.

¶ Utrꝫ recipientes lr̄as apl̄icas exn̄tes ipi in 5
curia d̾ manu alteriꝰ q̄ꝫ pape vel officialiū ad
hoc deputatorū ſint excōicati. R̸. ꝙ ſic.ſi ſunt
laici.vt in.d.c.dura.attamē ſm Io.an.⁊ pe.d̾
ancha.in.d.c.dura.q꜃ quottidie ſit ꝯ nō ligat.

**Caſus** iiij.eſt in.c.ſignificauit.eo.ti.vbi
excōicant̾ clerici qui participāt i
diuinis officijs tam in eccl̾ia q̄ꝫ alibi ſpōte ⁊
ſciēter cū excōicato a papa ſnialit̾ vel iudicia
liter ſm cōem lecturā.lꝫ glo.ibidē alit̾ ſentiat
ex quo collige ꝙ quinqꝫ requirunt̾ vt iſta excōi
catio incurrat̾.Primo ꝙ ſint clerici.Scd̄o ꝙ
ſciēter.Tertio ꝙ ſpōte.Quarto ꝙ in diuinis
pticipēt.Et quinto ꝙ ille cū quo participant
ſit excōicatus a papa iudicialiter. ⁊ iſti n̄ pn̄t
abſolui niſi a papa.vt in.d.c.ſignificauit.

**Caſus** v.eſt in.c.tua nos.eo.ti.vbi oēs i
cendiarij proprie dicti poſt q̄ꝫ fu
erint publice excōicati ⁊ denūciati nō poſſūt
abſolui citra ſedem apoſtolicam.

**Caſus** vi.eſt in.c.conqueſti.eo.ti.vbi ef/
fractores cum ſpoliatione eccl̾ia
rum poſt q̄ꝫ fuerint denūciati nō poſſūt abſol
ui niſi a ſede apoſtolica.Pro cuius caſus ⁊ p̄
cedētis.maiori euidētia eſt ſciendū ꝙ incen/
diarij ⁊ effractores eccl̾iaꝝ cum ſpoliatione
ſūt excōicati ipſo iure.ſed incēdiarij alioꝝ lo
corū nō.niſi excōicent̾.vel per ſtatuta vel alio
modo.An̄ tn̄ denūciationem nō ſūt mittēdi
ad ſedem apoſtolicam.Sed ſi aliqui predicto
rum denūcientur excōicati publice tunc non
pn̄t abſolui niſi a papa.ſm cōem ⁊ veraꝫ opi
nio.in.d.c.tua nos.⁊.c.cōqueſti.

¶ Qui dicuntur incendiarij proprie. vide.j. 1
Incendiariꝰ.in principio.

¶ Qui āt dicant̾ effractores. R̸. ꝙ ſūt illi qui 2
dolo malo.aut p iniuriā violēter pietem fo/
diūt.aut vitream feneſtram frangūt. ſeu ſe/
raturam.vel hoſtia.vel cardines. ſeu vectes.
dū tenēt hoſtia firmata.aut ipſū tectū eccl̾ie

ſm Archi. Alij autem qui faciũt enormia in
eccleſia.ut rapiendo corpus xp̃i ⁊ huiuſmõi.
frangendo calices ⁊ ſimilia non ſunt effracto
res proprie.nec excommunicati ipſo iure ſm
Hoſti.⁊ Io.de ligna.nec,etiam ſi excõicaren
tur ⁊ denunciarentur eſſent mittendi ad pa/
pam.ſed poſſent ab illo qui eos,excõmunica/
uit abſolui.oportet ergo q̄ ſpoliatio fiat cum
effractione.vnde ſola effractio per ſe nec ſola
ſpoliatio facit aliquẽ incidere in hunc caſuz.
ut denũciatus ſit mittend⁹ ad papam.qd̃ no.
q2 pauci aduertũt.ſed ſic eſt.ut in.d.c.ↄqueſti.
3 ¶ Sed nunquid hic noie eccl'iaꝝ veniãt mo
naſteria ⁊ loca pia.R.ſm Pa.in.d.c.tua nos
q̄ ſic per tex.liiij.di.c.abbati.§.hac aucte.no.
glo.in.c.grandi.de ſup.ne prela.li.vi.⁊ in.c.fi.
de ſen.ex.Ratio eſt quia iſta excõmunicatio
principaliter eſt in fauorem eccleſiarum.⁊ id̃
latiſſime accipitur reſpectu ipſarum.licet al's
non veniant monaſteria.neq3 pia loca nomi/
ne eccleſie.quia in iure ponuntur vt diuerſa.
ut patet in.c.ſciant cuncti.de elec.in vi. ⁊ i.d.
c.fi.de ſen.exco. Addit etiam Panor. in.c.fi
de eccleſijs edi.q̄ eccleſie non conſecrate ⁊ ho
ſpitalia veniunt hic nomine eccleſiarum.In
tellige ſi auctoritate epiſcopi aut pape ſunt
edificata.aliter nõ eſſent loca religioſa.ut no.
in.c.ad hec.de reli.domi.
4 ¶ Vtꝝ effractor cũ ſpoliatione domus exñtẜ
in ſpatio priuilegiato eccleſie ſit excõicatus.⁊
poſt denunciationẽ habeat ire ad papam.R.
q̄ non.q2 talis domus non dr̃ locus religioſ⁹
niſi ſit eccleſie uel clericoruz.ut in.c.quiſquis.
xvij.q.iiij.Et effractores locorum non religi
oſorum etiam poſt denunciationem non ſũt
mittendi ad papam. ut patet in.d.c.conque/
ſti.⁊ all'atis ibi in glo.Intelligo hic q̄ nõ ſint
eccleſie vel clericorum quo ad dominium.ſed
tali modo q̄,dicantur loca religioſa.
5 ¶ Sed quando dicuntur tales publice denun
ciati.R.q̄ quomodocũq3 publice denuncien
tur ſiue nominatim ſiue in genere.puta denũ
ciamus excõmunicatos omnes qui fecerunt
tale incendium ſeu effractionem talis eccle/
ſie.ſeu loci religioſi ⁊ huiuſmodi. ut patet in
d.c.tua nos.quod non diſtinguit aliter.
6 ¶ Vtꝝ incendiarij ſint abſoluendi etiam añ
denunciatonẽ anteq̃3 ſatiſfecerit dãnũ paſ/
ſis.R.q̄ nõ. ut no.in.c.peſſimã.xxiij.q.vlti.
Caſus ſequentes vſq3 ad caſum.xi.ſũt
in.vi.li.decretalium.

Caſus vij.eſt in.c.fũdamẽta d̃ elec.vbi
excõicant̃. Primo oẽs qui ſine
ſede apoſtolice noiationi electioni uel aſſum/
ptioni in ſenatorẽ capitaneum patriciuz aut
rectorem.vel ad regimẽ vrbis rome aſſentiũt
vel ſe intromittunt per ſe uel per alium vltra
annuale ſpacium.niſi ex ip̃a vrbe naturaliter
ſint oriundi aut continui habitatores.nec ha
bent extra territoriũ talem poteſtatez q̄ poſ/
ſent euacuare rõnem conſtitutionis predicte
Item ſcd̃o excõicant̃ intendentes uel obediẽ
tes eiſdẽ ſic aſſumptis.Item tertio excõicant̃
qui ipſos noiauerunt elegerunt uel aſſumpſe
runt.Itẽ quarto excõicant̃ dantes auxiliũ cõ
ſiliũ uel fauorẽ publice uel occulte tã noiato/
ribus ⁊ aſſumptoribus.q̃3 noiatis ⁊ aſſũptis
nec oẽs predicti poſſunt abſolui niſi a papa.
Caſus viij.eſt in.c. clericis. de imu.ecc.
ſed quia hodie non ligat per cle.
vnicam.co.ti.ideo pertranſco.
Caſus ix.eſt in.c.felicis.de pe.vbi excõ
municant̃. Primo omnes inſe
cutores cardinaliũ ro.eccleſie hoſtil'r.uel cleri
corum aut religioſoꝝ familie pape uel cardi
naliũ predictorũ.Item ſcd̃o percuſſores ⁊ ca/
ptores.Item tertio ſocij talia faciẽtiũ uel mã
dantiũ.Item quarto q̃ factũ ratum habue
rint uel ↄſiliũ dederit aut fauorẽ. Itẽ quinto
qui tales poſtea receptauerint uel defenſaue/
rint ſcient.Itẽ ſexto excõicant̃ p̃ncipes ſena/
tores ↄſules ptãtes rectores ſiue alij dñi ⁊ eo
rũ officiales qui.j.menſẽ a die noticie hite de
predicto delicto ñ puniunt predictos reos ſ3
tenorẽ.d.c.felicis.nec poſſũt abſolui niſi a pa
pa. exceptis iſtis vltimis.ſ. principes ⁊c̃. qui
poterunt abſolui a ſuis ordinarijs.Aduerte
hic q̄ inſecutio ſumit̃ in malã partẽ. ⁊ capei
telligit̃ cũ effectu.q2 ſi nõ capiat̃ ſed fiat inſul
tus ad domũ ut ei fiat iniuria.uel ſi obſident
uel claudunt in domo.nõ ut eoſ ibi cuſtodiãt
ſed ut eis inferant verecundiã nõ hẽbit locũ
pena iſta.ſm qd̃ no. Inno.in.c.nuper.eo.ti.
Caſus x.eſt i.c.quicũq3.eo.ti.vbi excõi/
cant̃ oẽs dantes licentiã alicui
occidendi capiendi ſeu al's in pſonis aut bo/
nis ſuis.uel ſuoꝝ grauandi eos qui ſñias ex/
cõicationis uel interdicti tulerunt ꝯ quecũq3
ſiue eos occaſione quoꝝ ſũt prolate.uel obſer
uantes tales ſñias.ſeu taliter excõicatis nolẽ
tes cõicare.niſi ſñiam ipſaz ſi fuit ad pſonas
grauandas reuocauerint anteq̃3 in aliquo ſu

ꝓceſſum.uel ſi dicta licẽtia fuit ad bona eorũ
capienda.niſi.ĩ.octo dieꝝ ſpaciũ reſtitutionẽ
fecerint fieri.uel ſatiſfactionẽ ⁊ licentiã reuo
cauerint. Itẽ ſcđo excõicant̃ oẽs qui predicta
licentia data.ut auſi fuerint. Itẽ.iij.qui aliqd
premiſſoꝝ ad que cõmittenda dari licentia ꝓ
hibet̃ cõmiſerint ſuo motu.niſi ut dictũ eſt re
integra ſi ad perſonaſ.⁊ ſi ad bona infra octo
dierum ſpacium reſtituerint uel ſatiſfecerint
In qua excõicatione omnes predicti ſi ꝑ ſpa
cium duorum menſium manſerint non niſi
per ſedem apoſtolicam poterunt abſolui.
1 ¶ Querit idem Archi.quid veniat noie ſuo-
rum.⁊.R.ꝙ veniũt oẽs qui ſunt ſub ptãte eo
rum.ut inſti.de his qui ſũt ſui uel ali.iu.ꝑ to-
tum. Item ꝙ veniũt ꝯſanguinei.ut in.c.ſciãt
cuncti.de elec.in.vi. Item domeſtici. ut.C.de
his qui ad ecc.confun.l.preſenti.§.ſanc.⁊ qui
dicant̃ domeſtici familiares.vide familiaris.
2 ¶ Item grauã dicuntur qui prohibent ne eiſ
coquatur molãtur vendatur ⁊ huiuſmodi.

**Caſus** ſequentes ſunt in cle.vſq; ad ca
ſum.xvij.

**Caſus** xi.eſt in cle.multoꝝ.de here.vbi
excõicant̃ oẽs inquiſitores here
tice ꝑuitatis inferiores epĩs qui odio grã uel
amore lucri aut cõmodi tpaliſ obtentu cõtra
iuſticiam ⁊ conſciam ſuam omiſerint ꝯ quẽ
piam ꝓcedere.vbi fuerat procedendũ ꝓ here
ſi. Itẽ ſcđo excõicant̃ predicti ſi obtentu eodẽ
prauitatẽ ipſaʒ hereſis. vel impedimentũ ſui
officij alicui imponendo preſũpſerint aliquẽ
quoq̃ mõ vexare ñ pñt abſolui niſi a papa.ni
ſi in mortis articulo premiſſa ſatiſfactione.i-
tellige ſi poteſt fieri.aliter non valeret abſolu
tio. Vnde aduerte ſm Car.in cle. predicta ꝙ
ad incurreñ.iſtam penam oportet fiat contra
iuſticiam ⁊ conſcientiam copulatiue. Item
no. ꝙ quoquo modo vexent aliquem ſiue in
citationibus fideiuſſionibus ⁊ ſimilibus in-
currunt iſtam penam ſm Pau.
1 ¶ Quid ſi omittũt ex timore uel ad euitandũ
ſcandalũ.R. glo.ꝙ nõ incidũt in hãc penam.

**Caſus** xij.eſt in cle.religioſi. de priuile-
gijs.vbi primo excõicantur oẽs
religioſi qui clericis aut laicis ſacramentum
vnctionis extreme uel euchariſtie miniſtrare
preſumunt.uel ſolẽnizant matrimonia ſine li
centia ſpãli preſbyteri parrochialis. Item ſi
predicti abſoluunt excõicatos a canone pre-
terq̃ʒ in caſibus a iure expreſſis.uel per priui-
legia ſedis apoſtolice conceſſa eiſdem.ul' ſi ab
ſoluũt a ſententijs promulgatis ꝑ ſtatuta ſi-
nodalia uel prouincialia.ſeu a pena ⁊ a culpa
nec poſſunt abſolui niſi a papa.
¶ Queritur an ligentur oẽs religioſi.R. ſm 1
Car.ibidem ꝙ non.ſed ſoluʒ religioſi religio
nis approbate.quia alij non ſunt proprie reli
gioſi.ut in.c.vno.de voto.li.vi. ⁊ licet quidaʒ
iſtud reſtringant ad religioſos exemptos.
ut Petrus de ſtagno.tamen communiter te
netur ꝙ habeat locum etiam in nõ exemptis
⁊ in religioſis prefectis eccleſie parrochiali.ſi
alijs q̃ʒ ſuis parrochianis miniſtrant ſm gl.
in clemen.i.de deci.⁊ Pau.ibidem.
¶ Quid ſi nouicius faciat aliquid predictoꝝ 2
R.ſecundum Car.ꝙ ligatur.ar.c.religioſo. đ
ſenten.excom.in.vi.
¶ Vtꝝ religioſi conuerſi ſimiliter.R.Car.ꝙ 3
Pe.de ancha.tenet ꝙ non ligantur ſicut nec
moniales. ex quo ordinem non habent. ſed
Zenze.tenet ꝙ ligantur.⁊ videtur verius.
¶ Vtrum religioſi miniſtrantes alijs religi- 4
oſis ſacramenta predicta ligentur prefata pe
na.R.Car.ꝙ Pe.de ſta.dicit quendam cardi
nalem conſuluiſſe.ꝙ nõ ſm Lap. tenet ꝙ ver
bum clerici intelligitur tam de regularibus
q̃ʒ de ſecularibus.ſed verbum laicis etiam
comprehendit religioſos uel monachos lai-
cos. Sed primum credo verius per ea que di
xi ſupra. Clericus primo.
¶ Vtꝝ tpe mortis poſſit miniſtrare euchari 5
ſtiam licite.R.Car. Pau.⁊ Lap. ꝙ nõ. Jo.⁊
Archi.xxvi.q.vi.ſi preſbyter. Inno.⁊ Ho.in
c.omnis.de peni.⁊ re.tenẽtꝙ ſicut recitat di
rectoria.li.i.ti.xv.⁊ hoc credo verum ſi alius
ſacerdos non poteſt haberi qui miniſtret.
¶ Vtꝝ rector eccleſie qui non eſt ſacerdos ul' 6
vicarius rectoris poſſit dare lniam dictis re-
ligioſis miniſtrandi predicta ſacrã.R.Car.ꝙ
ſic.⁊ ſic ſerua.licet alij teneant contrariũ.Si-
militer Pau. tenet ꝙ epiſcopus ⁊ archipre-
ſbyter ciuitatis poſſint predictam licentiam
dare.⁊ Zen.⁊ Ste.idem tenẽt de vicario epi-
ſcopi in ſpiritualibus uel delegato. aut eius
penitentiario.tutius eſt tamen ſm Pau. nõ
recedere a littera.non tamen eſt neceſſarium.
¶ Quid eſt ſolẽnizare matrimoniuʒ.R.Car. 7
in.d.cle.i.ꝙ Zen.dicit ꝙ comprehenditur om
nis ſolennitas. que obſeruatur iuxta ritum
eccleſiarum religionis.de ſpon.c.primo. ſiue
fiat benedictio ſolẽniſ.ſiue dicat̃ miſſa ſpãlis

ſuper ꝯhentes ⁊ huiuſmodi. Inducere aūt ſe dus mr̄imonij vel pronunciare verba inter ꝯhentes nō eſt eis prohibitū Zen. ⁊ Ste.

¶ Vtꝝ verbū excōicatos a canone intelligat ſolū de maiori excōicatione. ℞. Car. vbi. ſ. ꝙ ſic. ſm. Lau. ⁊ nō de minori. facit. c. ſi quem. ⁊ c. nuper. de ſen. ex. Idem tenet Lap. ⁊ facit. c. i. de reſcrip. li. vi. Ge. aūt in. c. vnico de his q̄ vi. li. vi. dicit ꝙ etiam intelligit de minori. qꝛ lex penalis prohibens abſolutionē ab excōicatione includit etiam minoris abſolutionem. pro hoc eſt glo. in cle. i. de priuilegijs. Itē vbicunqꝫ fit mentio de excōicatione. ⁊ materia i q̄ profertur eſt proportionabilis etiā minori de vtraqꝫ intelligitur. vt no. glo. Pe. in. c. preſidentes. de here. in. vi. Et licet hec opinio ſit tutior. tamen prima mihi videtur verior.

9 ¶ Queritur de quo canone intelligit. ℞. Car. vbi. s. Pau. ⁊ Lau. ꝙ intelligitur de quocunqꝫ a papa promulgato. qꝛ ille proprie per excellentiam dr̄ canon. licet aliquando improprie accipiat ꝓ illo epiſcopi. vt. iij. di. §. porro.

10 ¶ Quid ſi ſupradicti abſoluunt excōicatos per ſententiam hominis etiam pape. ℞. glo. Lau. Pau. ⁊ Zen. ibidem tenent ꝙ nō ligantur prefata pena. quia ſi voluiſſet intelligi expreſſiſſet. ar. c. ad audientiam. de deci.

11 ¶ Vtrum nomie ſententie hic veniat excōicatio ſolum. ℞. glo. ⁊ Pa. ibidem ꝙ etiam venit ſuſpenſio ⁊ interdictum. ſed Car. dicit ꝙ verius eſt ꝙ ſolum intelligitur de ſentētia excōicationis quod bene probat littera per alternatiuam. qꝛ. ſ. dicit de his qui abſoluunt excōicatos a canone. ⁊ poſtea ſubijcit vl a ſētentijs per ſtatuta. ⁊ ſic reſtringitur verbum ſententijs per verbum excōmunicatos. ar. in cle. religioſi. de priuilegijs ⁊ de reſcriptis. c. ij

12 ¶ Quid de ſententijs latis per ſtatuta legatorum de quibus habes de offi. le. c. fi. ℞. ſm Lau. ⁊ ſequitur Car. ꝙ idem eſt ſicut de ſtatutis ſinodalibus vel prouincialibus.

13 ¶ Vtꝝ religioſi p̄dicti abſoluētes a pena tm̄ ligent predicta cenſura. ℞. ſm Zen. quem ſequitur Car. ꝙ nō. qꝛ littera loquit copulatiue a pena ⁊ a culpa. d. cle. religioſi. de priuile.

14 ¶ Quid ſi predicti religioſi abſoluunt a peccato ⁊ non ab excōicatone quam quis incurrit pro peccato. ℞. Zen. ⁊ Car. tenent ꝙ non incidunt in penam. ⁊ placet ne fiat extenſio.

15 ¶ Vꝝ religioſus ignorans penam hāc. ⁊ adminiſtrans ſacr̄m euchariſtie vel extreme vnctionis ſine licentia rectoris parrochialiſ. nō tn̄ in contemptū ipſius incurrat hanc penaꝫ ℞. Car. ſe conſuluiſſe per litteraꝫ. d. cle. que dicit preſumpſerint. quod nō. dolum ⁊ temeritatem miniſtrantis ꝙ non ligantur. ⁊ placet mihi per ea que dixi ſupra. dolus. §. v. ⁊. j. Excommunicatio. vij. caſu vltimo. §. ij.

¶ Vtꝝ recipientes prefata ſacr̄a a dictis religioſis ſine licentia ſuoꝝ rectorum parrochialium ſint excōmunicati. ℞. ꝙ non prima vice vt patebit infra. Excommunicatio. viij. §. i. 16

¶ Vtꝝ ſit credēdū. Dicēti ſe hr̄e licentiā. ℞. gl. ꝙ ſic. ⁊ ꝯcor. Lau. Pau. ⁊ Ste. qꝛ nemo vr̄ immemor proprie ſalutis. i. q. vij. ſancimus. 17

¶ Quid de mercenarijs Scholaribus ⁊ huiuſmodi. ℞. glo. ꝙ ſufficit licentia ſacerdotis parrochialis in cuius parrochia inhabitant. niſi cā recreatōiſ vel alia tpali ſtatim reuerſuri ad propria aduenißent. qꝛ ſic nō ſufficeret. 18

Caſus xiij. eſt in cle. i. de pe. vbi excōicatur quilibet qui iniurioſe vel temere ꝑcuſſerit. cepit. aut bānierit aliquē epm ſeu qui predicta mādauerit. vel facta ab alijs rata habuerit vel ſocius fuerit his faciendis aut cōſilium. aut fauorem dederit vel defenſauerit eūdem. nec poteſt abſolui. preter q̄ꝫ in articulo mortis. niſi a papa ⁊ cum abſoluendus fuerit in articulo mortis nō valet abſolui niſi prius caueat idonee ꝙ parebit pene imponēde ⁊ pniam dn̄o auxiliante faciet. Item ſcdo excōicantur oēs officiales quocūqꝫ noie cenſeant qui in aliq̄ predictoꝝ fuerint culpabiles. nec valent abſolui niſi vt predictuꝫ eſt.

¶ Sed quid ſi eps nōdū erat ꝯſecrat9. ℞. gl. ꝙ nō erit locus iſte pene. qꝛ non eſt epiſcop9 de ele. mi. cle. ij. Secus de eo qui renunciauit ep̄atui. qꝛ habebit locum in eo illa pena. 1

¶ An habeat locuꝫ predicta pena in incluſione facta epiſcopo ad verecundiam. ℞. Car. ꝙ nō. qꝛ hic capere accipit pro detinere. ſicut ⁊ i c. felicis. de pe. li. vi. accipit vt ſupradictū eſt. 2

Caſus xiiij. eſt in cle. cupientes. in. §. fi. de pe. vbi excōicant oēs religioſi ⁊ clerici ſeculares qui inducunt ad vouēdū iurandū ⁊c. de eligen̄ ſepulturis apud eccl'aſ ipſoꝝ. de quo dic vt. j. ſepultura. §. xxxv.

Caſus xv. eſt in cle. grauis. d ſen. ex. vbi excōicant omnes dn̄i tempales etiam ſi ſunt epi qui in terris ſeu locis eorum interdicto ſuppoſitis cogūt quomolibet diuina officia celebrare. aut qui voce preconia ſeu

p campanaꝝ pulſationē ad officia eadē audi
enda aliquos preſertim excōicationis aut in/
terdicti ſententia inodatos euocant. vel qui
excōicatis publice aut interdictis prohibent
ne de eccleſijs exeant dum miſſarum ſolēnia
agunt a celebrantibus moniti generaliter vł
ſpecialiter vt exeāt. Item ſcdo ſi excōicati pu
blice ꝛ interdicti qui in ipſis ſunt eccleſijs pꝰ
q̄ fuerint noīati moniti a celebrātibus vt ex/
eant remanere preſumpſerit ſniam excōica/
tionis incurrūt. a qua ſolum a papa poſſunt
abſolui. Et ſic collige ꝙ hec pena eſt cōtra co
gentes. euocantes. prohibētes. ꝛ remanētes.
Item aduerte quod verbuꝫ quomodolibꝫ cō
prehēdit omnem modum compulſionis rea/
lem vel perſonalem. directū vel indirectū. vt
puta cōſanguineos vel ipſos in perſonis aut
rebus grauando. vt no. glo. in. d. cle.

1 ¶ Quid ſi euocarēt nō excommunicatos vel
nō interdictos. R. Car. poſt Pau. ibidem ꝙ
incidūt in predictam penam cum locus ſit in
terdictus. ꝛ dictio preſertim ſtat p maxime.

2 ¶ Utrum hec pena habeat locum in ceſſatōe
a diuinis poſita in dictis terris. R. ꝙ ſic. quia
quādo ceſſatio a diuinis eſt generalis habet
vim interdicti. vt in cle. i. eo. ti. in. §. i ceſſatiōi
bus. ſecus ſi ceſſatio eſſet ſpecialis.

3 ¶ Quid intelligitur hic nomie diuina officia
R. Car. poſt Pau. ibidem ꝙ reſtringit ſoluꝫ
ad miſſas. ꝛ ideo ſi aduocarēt ad alia officia
preter miſſas nō haberet locum hec pena.

4 ¶ Quid ſi predicti recipiāt nō ſubditis ſuis p
vel pdicta nō faciūt in terris ipſoꝝ ſed i alie/
nis. R. ibidē Car. ꝛ nō habet locū hec pena.

5 ¶ Utrum predicti aduocantes ſecrete per nū
cium ad diuina ligētur prefata pena. R. Car.
ibidem poſt Pau. ꝛ Zen. ꝙ nō niſi voce pre/
conia. vel voce tube. aut cornu. vel per cam/
panarum pulſationem aduocent.

6 ¶ Quid ſi cōpellūt i loco ñ iterdicto. R. Pau.
ibidem ꝙ nō habet locum hec pena.

7 ¶ De quo interdicto intelligitur. R. glo. ibi/
dem ꝙ tam de interdicto a iure q̄ꝫ ab homie.

Caſus xvi. eſt in cle. cum ex eo. co. ti. vbi
excōmunicātur fratres minoreſ
recipiētes tempore interdicti illos de tertio
ordie ad diuina. Sed quia hodie vacat p pri/
uilegiū dñi Sixti quarti ptrāſeo q2 ñ ligat.

Caſus ſequentes ſūt per proceſſum cu/
rie ānualem factum in die cene
dñi vſqꝫ ad caſum. xxxij.

Caſus xvij. eſt cōtra hereticos gazaros
patarinos. ꝛ alios quocūqꝫ noie
cenſeātur. ac ɔ oēs fautores. receptatores. ꝛ
defenſores eorūdem.

Caſus xviij. eſt cōtra piratas. curſarios
ꝛ latrūculos maritimos ac oēs
receptatores eorūdē cū dātibus eis auxiliuꝫ
ɔſiliuꝫ vel fauoreꝫ. Et dicitur pirata quicūqꝫ
in mari depredatur niſi habeat iuſtum bel
lum cōtra eos quos depredatur quod no.
quia pauci aduertūt credētes ꝙ niſi quis in/
differenter depredetur in mari ñ ſit pirata
ꝛ ñ incidit in hāc penam ſed falſum eſt.

Caſus xix. eſt cōtra omnes qui in terris
ſuis noua pedagia imponūt vel
prohibita exigūt ſed a ſponte ſoluētibus pe/
dagia recipiēs ñ incurrit excommunicatōem
ſm glo. ꝛ Pau. in cle. quoniam. de immu. ec.
quia exigere eſt ab inuito extorquere.

Caſus xx. eſt cōtra omnes falſarios bul
larum apoſtolicarum de quo di/
ctum eſt ſupra. caſu tertio.

Caſus xxi. eſt cōtra illos qui equos ar/
ma ferrum. lignamina. ꝛ alia p/
hibita deferunt ſaracenis. turcis. ꝛ alijs xpi
nois inimicis quibus xpianos oppugnāt. p
cuius intelligētia querūtur infraſcripta.

¶ Quid venit hic nomie armorum. R. glo. i. 1
c. ita quorūdam. de iudeis. ꝙ etiam fuſtes. ꝛ
lapides pro machinis veniūt. ſed nō lapides
pro edificijs fiēdis in. l. ij. C. que res expor. ñ
de. dicitur ꝙ lorice ſcuta. arcus. ſagitte. ſpate
gladij. ꝛ ſella nomie armorum veniunt. Ego
vero dico ꝙ illa que communiter ſūt pro vſu
offendendi vel defendendi ſe ꝛ non pro alio
vſu veniunt nomie armorum. Illa vero qui/
bus poſſumus vti pro armis ꝛ pro alio vſu.
puta pro inſtrumento dicuntur arma ex intē
tione vtendi his pro armis defenſionis vel
offenſionis. alias non. vt no. in cle. ne in agro
de ſtatu mona. Et ideo gladius ad inciden/
dum panem nō venit nomine armorum ſe/
cundum Panor. in. c. clerici. el primo. de vi.
ꝛ ho. cle.

¶ Quid venit nomine ferri hic. R. ꝙ accipi/ 2
pitur hic ferrum pro ferro infecto. vel facto
ſub quacunqꝫ forma. vt in. l. ij. C. que res ex/
por. ñ de. quod tamē limito per rationem ex
preſſam in. d. l. ij. de ferro. per quod poſſēt pu
gnare vel ſe munire. quia brochete ꝛ ſimilia
non credo ſint ſub ipſo comprehenſa.

3 ¶ Quid intelligit̃ ſub nomine ligaminuꝫ. R. ꝙ intelligit̃ quodcunqꝫ lignū ꝑ qđ naues galeas aut alias machinas poſſent facere ad impugnandum uel defendendum ſe a xp̃ianis ſecus de alijs lignaminibus quibus non poſſunt vti ad offendendum. uel defendendum.

4 ¶ Quid intelligit̃ noĩe prohibitoꝝ. R. ꝙ ſunt oĩa quibus pñt xp̃iani impugnari. vel ipſi infideles ne impugnentur a xp̃ianis muniri q̃ oĩ tempore prohibent̃. Similiter quecūqꝫ victualia uel mercimonia tp̃e guerre cuꝫ eis habite ab aliquibus xp̃ianis legitime. Tp̃e vo pacis mercimonia quecūqꝫ. ꝛ victualia non ſūt ꝓhibita eis deferri. niſi in diſpendiū xp̃ianoꝝ fieret puta qꝛ timentes de guerra muniunt ſe. uel ut inuadant xp̃ianos. Tenet tñ Jnno. ꝛ Ho. in. c. ſignificauit. de iudeis ꝙ ꝓ redimendis captiuis tp̃e guerre arma etiã ſine pena excõicationis poſſunt deferri. qđ ante factū nõ tenerẽ. ſed bñ poſt factū. de alijs vo mercimonijs nõ eſt dubiū inter doc. ꝑ ꝑ predictū. c. ſignificauit. ꝙ pro redemptione captiuorum poſſunt deferre etiaꝫ tempore guerre.

5 ¶ Quid ſi tempore pacis deferantur arma. ꝛ alia ꝓhibita nõ tñ ea intentõne ut impugnẽtur xp̃iani. R. ꝙ nihilominus ligant̃ ſi ſūt talia quibus poſſunt pugnari ẜm glo. Jo. an. ꝛ do. an. ac. Pa. in. d. c. ita quorundam. Quidã tñ tenent ꝙ non ligantur niſi ea intentione d̃ferant ut xp̃iani impugnentur. uel ne poſſīt infideles impugnari. ꝛ cõuenit ſatis hec opinio cum tex. in. d. c. ita quorundam. licet prima opinio ſit tutior. maxime ante factum.

6 ¶ Utrū deferentes ꝓhibita infidelibus ꝛ penitentibus poſtea ea reportantes ꝛ nõ dimittentes infidelibus ligentur. R. ꝙ nõ. qꝛ verba cum effectu ſunt accipienda. Jdem dic de deferentibus arma pro ſui tuitione ad terras infidelium ꝙ non ligantur. niſi poſtea ea ipſis venderent quia ſic ligãtur. Si autem ſtatim vendita recuperarent nihilominus ligarentur. Jdem dic de permutatione.

7 ¶ Quando dicitur tempus guerre. R. ꝙ dicitur quãdo aliquis princeps xp̃ianus auctoritate principis. vel papa facit cum eis bellum quo ad illum dominum. puta Soldanum uł Thurchum. non quo ad alios dominos infideles. niſi eſſent tali in ſubſidium.

8 ¶ Aduerte hic ꝙ lꝫ Nicolaus Bonifacius ꝛ Clemens multos ligauerint circa predicta tñ qꝛ hodie vacant ꝑtranſeo. ſolūmõ remanent excõicati exercentes regimẽ in galeis aut nauibus infideliū in. c. ita quorūdam. ſed nõ eſt papalis ſed ordiarius poterit abſoluere. Verum eſt ꝙ tam iſti qꝫ ſupraſcripti nõ debent abſolui niſi quicquid acquiſierint ex tali commertio damnato expendant in ſubſidiuꝫ xp̃ianorum. ꝛ vltra tantundem de ſuo ſi poſſunt

¶ Quid de dantibus cordam vel anchoram ꝛ huiuſmodi ut poſſint negociari cum infidelibus tempore pacis. R. ꝙ requiritur licentia apoſtolica. qꝛ per talia pñt xp̃iani impugnari 9

¶ Utrum portantes clauos paruos ꝛ cultellos pro pane incidẽdo ſint excõicati. R. ꝙ nõ quia non comprehenduntur ſub nomine armorum. vel ferri vel aliorum prohibitorum. 10

¶ Utrum portantes ferrum arma. ꝛ alia prohibita de vna terra ſarracenorum ad aliam. vel ſarracẽos cum armis ſuis. utputa de marica in alexandriam ſunt excommunicati. R. ꝙ non. niſi hoc fieret in diſpendium chriſtianorum ſicut declarauit Gre. ix. in extrauagãti que incipit poſtulaſtis. 11

**Caſus** xxij. eſt ꝯ impedientes ſeu inuadentes victualia. uel alia ad vſū ro. curie neceſſaria adducentes. ſeu ne ad ipſã adducantur vel deferant̃ impedientes aut ꝑturbantes ꝛ cõtra defenſores talia facientiū.

**Caſus** xxiij. eſt ꝯ oẽs qui illos qui ad ſedeꝫ apoſtolicã veniūt ꝛ recedūt ab eadem temeritate propria capiūt ſpoliãt ꝛ detinent. aut ex propoſito deliberato verberare mutilare uel interficere preſumunt. ꝛ cõtra omnes qui talia fieri faciunt uel mandãt

**Caſus** xxiiij. eſt ꝯ illos qui iuriſditionẽ ordinariã uel delegatã nõ habẽtes morantes in eadẽ curia temeritate ꝓpria capiūt ſpoliant ꝛ detinent. aut de ꝓpoſito deliberato verberare mutilare vel interficere pſumunt. ꝛ qui talia fieri faciunt ſeu mandãt.

ꝓprios filios:qꝛ nō eſſent exempti.vt ibi dici/
tur.ꝛ ibi vide.ꝛ quod ibi no.
¶Vtruꝫ exēptus teneatur citatus ab ordina 3
rio cōparere.R.Pa.in.c.cū ordinē.de reſcrip.
ꝙ aut ē notorie exēptus ꝛ iā diu toleratus pri
uilegio exēptionis:ſicut ſunt mendicantes:ꝛ
ſic ñ teneꝛ nec valebit ſnīa ſup ꝑncipali:qꝛ eſt
a nō ſuo iudice:neqꝫ tanq̄ꝫ ꝯtra ꝯtumacē.Ad
hoc tex.in.l.nō vꝛ.ff.de iudi.ꝛ bonus tex.i cle.
paſtoralis.§.piſana.ꝛ ibi bona glo.ff.de re iu/
di.ꝛ glo.in.c.veniēs.de accu.ꝛ.ij.q.iij.ſi epūs.ꝛ
per Inno.in.c.ij.de dila.ꝛ Bar.in.l.ij.ff.ſi qs
in ius vo.nō ie.lꝫ in aliis terminis.Si vo nō
conſtat ita notorie:tunc tenetur comparere ꝛ
allegare priuilegium ꝛ in loco ꝯgruo ꝛ ſecuro
infra terminum competentem ordinario oſt/
dere.ſm ꝙ dꝛ in.c.cū pſone.de ꝑuile.li.vi.
¶Vtrum pendente lite ſuper validitate pri 4
uilegij:ſeu an fuerit ꝯceſſum vel nō debeat qs
priuari vel interdici vſu poſſeſſionis.vel qua
ſi etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius.R.Pa.in.c.
i.vt lite pen.ni.Inno.ꝙ non.tex.eſt in dicto.c.
cum perſone.in.§.ꝙ ſi tales.cum.§.ſequenti.
ꝛ hoc idē tenent ibi docto.vt dicit Jo.mo.vt
ibi no.De.ꝙ pendente lite non eſt turband⁹
in poſſeſſione ſua:etiaꝫ ſi poſſideat contra ius
commune:dummodo ex aliqua probatione:lꝫ
non ſufficienti ad finalem intentum ipſe iuſti
ficet poſſeſſionem.ꝛ ita videtur ſonare ibi tex.
vnde Jo.an.in glo vltima ibidem dicit.No
quantus fauor priuilegio debetur.Eſt eniꝫ ex
ſe priuilegium fauorabile:ſed preſcriptio odi/
oſa.de deci.c.ex parte.ꝛ.c.tua.de re.iur.odia.
Hec Jo.an.
¶Quid ſi exemptus litigat cum ordinario ꝛ 5
non allegat exemptionem an perdat eam.per
hoc R.Pa.in.c.i.de ſentē.ꝛ re iudi.ꝙ nō:nec
tenet ſententia.Nec ob.taciturnita.quia ēt
ſi voluiſſet non potuiſſet in illum conſentire.
vt in iudicem.de arbi.cum tempore.ꝛ hoc tꝫ
Jo.an.in regula ſcienti.lib.vi.in mercurialib⁹
facit quod no.in.l.i.C.vbi de cri.agi oꝫ.Nō eſt
ſm Pa.in.d.c.cum tpe.qꝛ exemptus nō pōt
renunciare exēptioni:qꝛ tangiꝛ ne dum fauor
exempti:ſꝫ etiā ſupioris qui ipſum exemit.vt
i.c.ad ap̄licā.de rl'a.ꝛ in.l.ſi qs in ꝯſcribendo.

c.de epi.⁊ cle. Albri.tñ in.d.l.ſi quiſ.tenet ꝙ ex
emptus põt renunciare priuilegio exemptõis
p.d.l.ſi quis. Et ad.ll.contrarias reſpondit ꝙ
loquunť de priuilegio iuris cõmunis introdu
cto in fauorẽ ordinis clericaliſ renunciari non
põt ſed ſuo ꝑuilegio ſpũali bene poteſt. ⁊ veri
us credo qñ ipſe impetrauit. Et prima opinio
eſt vera quãdo ſuperior proprio motu aliquẽ
exemit. Quod nõ bene.
6 ¶ Vtrũ exemptus poſſit abſolui ab epõ ab ex
cõicatione inflicta a canone quã ſibi conditor
canonis non reſeruauit. ℞. Pa.in.c.ſignifica
ſti.de fo.compe. Fede.conſi.xiiij. ⁊ Jo.de lign.
in cle.ne in agro. de ſta.rľa. tenent ꝙ ſic. Sed
Jo.an.in rľa ſcienti prealle. dicit ꝙ non. Pa.
hoc ſequiť.qꝛ non eſt ſue iuriſditionis:nec põt
ſe ſubmittere ſine licentia pape rõne dicta in
precedẽti.q.in fi., Excipere tñ videť Jo.an.in
c.religioſo.de ſen.ex.li.vi.excõicatos pro inie/
ctione manuũ violenta p rõnem tex.ibidem.ſ.
ne materia euagandi.cũ tñ ꝯtriũ teneat in cle.
cũ ex eo.de ſen.ex.in glo.fi. Et ꝓpterea teneo
q nec in illo caſu.c.religioſo.nec in alio exem/
ptus poſſit abſolui ab epõ: niſi vbi ſpecialiť ei
cõmittiť a papa.⁊.d.c.religioſo loquiť de non
exemptis quos antea non poterat abſoluere
propter.c.cum illorum.de ſen.ex. Et hoc tene.
qꝛ ſi de exemptis intellexiſſet ſic dixiſſet ſicut
dicit in.d.cle.cum ex eo.in fi.
7 ¶ Quid poteſt exercere archiepus vel eps in
loco exempto.vide.ſ̃.Archiepiſcopus.§.iij.
8 ¶ Vtrũ exemptus rõne loci ſi deliquerit alibi
vel contrahat aut res ipſa cõſiſtat poſſit in lo
co domicilij conueniri aut puniri p ordinariũ
℞.ꝙ non.nec habet ptãtem remittendi cũ ſi
conueniať. vt in.d.c.i.de priui.li.vi. Similiter
ſi delictũ vel contract⁹ vel res ipſa litigioſa ſit
in loco exempto nõ poterit impedire ſe. Intel
ligiť ergo.d.c.i.ꝙ rõne delicti vel contractus
pñt p ordinarios ꝯueniri.ſ.ſi inuenianť extra
locũ exemptuꝫ vel remittentur. vt no.in.d.c.i.
Sunt tñ quidã exempti rõne locoꝝ ⁊ perſone
qui etiam rõne delicti aut contractus vel rei
nullo modo poſſunt conueniri. vt fratres mi/
nores:predicatores:⁊ ciſtercienſes ⁊ multi alij
9 ¶ Vtrũ delinquens in loco exempto ligetur
ſtatuto epi.vide.j.Statutum.§.ij.
10 ¶ Vtrũ cũ ſtatuto epi caueť ne quis accedat
ad quelibet monaſteria monialiũ ſub pena ex/
cõicationis quã incurrat ipſo facto ſint excõi
cati qui accedunt ad monaſteria exempta mo/
nialiũ.℞.ꝙ ſic.ſi ſine licentia illi⁹ ad quẽ ptinet
accedunt. Ratio qꝛ ſine pfata licentia acceſſus
eſt prohibitus.vt in.c.periculoſo.de ſta.mo.li.
vi. Et ideo ſi epi vt compeſcant tales acceſſus
addunt penã licite faciũt.⁊ ideo liganť.nec di/
cendũ q delictũ cõmittať in loco exempto ſolũ
ſed etiã in nõ exempto. vꝫ cũ accedũt añqꝫ p/
uenerint. Item pꝫ p hoc qd no. Bar.in l.rele/
gatoꝝ.ff.de interdic.qui dicit ꝙ ciuitas ꝓpter
cõmodũ ciuitatiſ vel odiũ coꝝ ad quos nõ vult
vadãt ꝓhibere põt ciuibus ſuis ne vadant ad
talem terrã.hoc no. Pa.in.c.poſtulaſti.de fo.
compe.ergo ſimiliter in caſu predicto. Et hoc
tenet.d. Phi.de peruſio in.c.vt aiaꝝ.de cõſti.
li.vi.ſecus ſi prohiberent ne quoq̊ mõ ſine coꝝ
licentia quis accederet:qꝛ niſi preſidentes mo/
naſterijs eſſent culpabiles in admittendo non
valeret coꝝ ſtatutũ cũ eſſet cõtra ius cõmune
vt in.d.c.periculoſo.ꝯ qd eps nõ põt ſtatuere
niſi ex iuſta cã.vt tenet Bal.in.l.oẽs pplí.ff.d
iu.⁊ iure.⁊ do. Anto.in.c.veſtra.de loca.poſſũt
imo obliganť primateſ archiepi ⁊ epi vniuerſi
ſub pena eterne maledictionis in propria dio/
ceſi monaſteria exempta que imediate ſubſũt
romane eccleſie auctoritate apoſtolica cogere
vt ſeruent clauſurã. vt in.d.c.periculoſo. Si/
militer dñt ea viſitare eadeꝫ auctoritate ſingu
lis annis. vt in cle.attendentes de ſta.reg. ⁊ ß
de precepto ꝑm glo.ibidẽ propter ꝟ. debeant
quod eſt preceptiuuꝫ.vt in.c.oblate de ap. ⁊ in
c.vt fame. de ſen.ex.lꝫ.in.c.i. de deſpon.impu.
ſapiat honeſtatem.
¶ Vtrũ exempti poſſint oratoria vel capellas 11
in locis non exemptis edificare.℞.ꝙ nõ.nec in
ſic cõſtructis celebrare vel celebrari facere: niſi
de licentia dioceſani loci. vt in.c.auctoritate.d
priuile.li.vi. Intellige niſi ex licentia pape hoc
facerent:aliter dioceſani eoſ cõpeſcere poſſunt
vt in.d.c.auctoritate. Et intellige de oratorijs
publicis:qꝛ in priuatis pñt. vt no.glo.ibidem.
Hec intelligo in publicis factis oratorijs q
non poſſunt celebrare.verũ qñ epi prohibitio/
nem feciſſent:ne in eis celebrareť:alias qñ cõi/
ter in eis celebrať ſi fiat de ꝯſenſu illius qui cu
ram coꝝ hꝫ ſufficit ſine alia licentia epi.
¶ Vtrũ in locis exemptis predicta in precedẽ 12
ti.q.facere poſſint.℞.ꝙ non.niſi licentiam vel
priuilegiũ ſedis apoſtolice habeant ſpeciale.vt
in.d.c.auctoritate.§.inhibemus.
¶ Vtrũ cauſas ⁊ lites ſuoꝝ hoĩm ac liberoꝝ 13
ſeu cenſualium poſſint exempti aſſumere.℞.ꝙ

nō. vt in.d.c.auctoritate.§.cauſas.

**Exemplum** maluꝫ dantes precipue prelati ꝛ qui habent alios regere mortaliter peccāt. Et vt dr̄.xi.q.iij.p̄cipue tot mortib⁹ digni ſunt: q̊t pditōis exēpla ad alios transmittūt.gr.lxxxi.di.nemo.xciij.di.puenit ad nos:in fi.ij.q.vij.paulus.ꝛ.c.cū paſtoris.xvij.q.i. qui bona. De hac materia no.infra Scandalum.

**Exequie** pompatice: curatio funeris: conditio ſepulture: potius ſunt viuoꝝ ſolatia q̄ꝫ mortuoꝝ ſubſidia.xiij.q.ij.c. aie.§. curatio. Pinc tex.in.c.nō extimemus.ea.q.dicit corpori humano quicqd impendit nō eſt preſidiū ſalutis ſed hūanis officiū ſm effectū quo nemo carnē ſuā odio hꝫ. Vn̄ oportet vt q̄ꝫdiu pōt pro carne proximi curā gerat cū ille inde receſſerit qui gerebat.hec ibi. Et de h̄ vide.j.ſepultura.

**Exheredatio** filioꝝ hodie nō pōt fieri niſi pr̄ habeat iuſtā cām quā dꝫ deſcribere in teſtamento. vt.C.de inoffi.te.aut. ſed hodie.

1 Sed que ſunt iſte cauſe.R̄.xiiij. que ponunt in aut.vt cuꝫ.de ap.co.§.cās. Prima ſi filius parentibus man⁹ intulerit. Scd̄a ſi grauē iniuriā eis fecerit. Tertia ſi eos criminaliter accuſauerit de cā que nō ſit aduerſus principem vel rempublicā. Quarta ſi cū maleficis conuerſat. Quinta ſi maleficus efficiat. Sexta ſi vite parentū inſidiat. Septima ſi cuꝫ nouerca ſua aut cōcubina patris ſui ſe imiſcuerit. Octaua ſi pro perſona ipſi⁹ vel debito eius incarcerati inquantum poteſt fideiubere noluerit. Et hec octaua cā intelligit ſolū de maſculis. Nona ſi prohibuerit eos facere teſtamentū. Decima ſi ꝯ pentū volūtatē inter arenarios ꝛ mimos pſeuerauerit cū pr̄ illius profeſſionis non fuerit. Vndecima ſi filia vitā luxurioſaꝫ elegerit cū parentes eaꝫ vellēt pro poſſe nubere ꝛ dotare: niſi neglexerint eam nubere vſqꝫ ad.xxv annū. Duodecima ſi parentibus furioſis debitā curaꝫ impenderit. Tertiadecima ſi de carcere parentes deducere neglexerit. Adde.xiiij. ſi volūtatē vltimā execution demandare noluerit. vt.ſ.executor.§.x.ꝛ.xv.ſi filius eſt hereticus: cum pater ſit catholicus. vt.d.§.cauſas.

2 Similiter filius pōt patrē exheredare. Primo ſi de crimie cū accuſauerit. excepto crimie leſe maieſtat. Scd̄o ſi vite filij inſidiatus fuerit. Tertio ſi vxori ſue vel ꝯcubine ſe cōmiſcuerit. Quarto ſi teſtari in quo poterat ꝓhibuit. Quinto ſi nō egit curā eius cū eſſet furioſus. Sexto ſi captus a ſarracenis non redemit. Et ſi moritur inteſtatus ibi non ſuccedet ſed eccleſia. ꝛ dabuntur bona eius pro redemptione captiuoꝝ. vt in.d.aut.cum de ap.co.

Vtrū in iſtis caſibus in quibus pōt exhere- 3
dare poſſit alimenta fili̓ denegare. R̄. Jo.an.ꝛ Pa.ſequit in.c.quintauallis.de iureiu. vbi ēt in gl.ponūt p̄dicti caſus q̇ ſic. Et idē tꝫ Bar. in.l.diuus adrianus.ff.de parici.per.l.ſi quis a liberis.ff.de li.agno. Et idē tꝫ Pa.in.c.ex litterarū.de eo qui du.in ma.quā po.p adul.de patre ingrato ꝯ filiū. Que limita niſi ipſos penitcat.pro q̄ facit glo.in.l.fi.C.de epi.ꝛ cle.ꝛ tex. in.c.nō liceat.xix.q.iij.vbi dr̄.q̇ p religiōis ingreſſū purgat ois ingratitudo.ꝛ qd̄ no. Spe. in ti.qui fi.ſint le.ver.qd ſi filia.ꝛ ſequit Pa. vbi.ſ.q dic̄ q̇ ſi filia fornicatrix vult penitere de pctō pr̄ tenet eā alere.ar.c.ferrū.l.di. ꝛ per ꝯn̄s dicit Pa.vbi.ſ.q̇ ēt tenet eaꝫ dotare. q2 cā dotis nō min⁹ eſt fauorabilis q̄ꝫ cā alimentoꝝ. vt no. Cy.in.l.ſi oi.C.de admi.tu.ꝛ Bar. in aut.ex cōplexu.C.de ince.ꝛ inuti.nup.

Vtꝝ liceat exheredare filiū vt heredē faciat 4
eccleſiā. R̄. Aug.in.c.quicūqꝫ xvij.q.iiij. Quicūqꝫ exheredato filio heredē vult facere eccleſiā querat alium qui ſuſcipiat non auguſtinū.

Vtrū fr̄ exheredet a fr̄e. R̄. q̇ ſic in tribus 5
caſibus. Primus ſi inſidiat⁹ eſt vite ipſi⁹. Secund⁹ ſi de crimine inſcripſit ꝯ eū. Tertius ſi in bonis eius notabiliter leſit. Et hoc ēt habꝫ locū qn̄ morit ab inteſtato fr̄: vt non ſuccedat ei frater. vt in aut.de nup.§.ingratitudinem.

Vtrū vir ꝛ vxorē: ꝛ econtra vxor virū poſ- 6
ſit exheredare. R̄. q̇ ſic. vt no.in.d.§.cauſas.

**Exorbitantia** a iure cōi ſi debēt trahi ad ſequelā.d reg.iu.li.vi.que a iure cōi exorbitāt nequaq̄ꝫ ad ꝯſequētiā ſūt trahēda.

**Exorciſte** ex greco in latinum adiurantes ſiue increpantes vocantur. dicit tex.in.c.cleros.circa fi.xxi.di.

Quid ptinet ad eoꝝ officium. R̄. tex.in.c.p- 1
lectis.xxv.di.ad exorciſtam ptinet exorciſmos memoriter tenere manuſqꝫ ſup euerguminos i.lunaticos ꝛ obſeſſos a demonibus ꝛ cathecuminos in exorciçando imponere.hec ibi.

Cuꝫ ordinatur debet accipere de manu epi

libellum in quo exorciſmi ſunt ſcripti cuȝ iſtis verbis. Accipe ⁊ cōmenda memorie.⁊c. vt in c.exorciſta.xxiij.di.

**Exorciſmus** eſt adiuratio cōtra diabolū. vt de conſe.di.iiij.in.c.añ.xx.dies.

1 ¶ Quid vȝ exorciſmus añ baptiſmū.R. Ri.i iiij.di.vi.ar.vltimo.q.i.ꝑ ipſuȝ virtute diuina artatur ptās diaboli ne poſſit de cetero tantū quantū ceteris paribus poſſet ſi nō eſſet exorcizatus ⁊ maxime impediēdo ne baptiſmū ſuſcipiat.faciat ad hoc.c.ſic noſtis.de ↄſe.di.iiij.

2 ¶ Quid ſi aliquis baptizet̃ ſine exorciſmo.R. Ri.vbi.ſ.ꝙ debet poſt baptiſmum exorcizari facit.d.c.ſicut noſtis. Ratio q2 lȝ in baptizato paruulo nō ſit peccatū:tñ in eo remanet actualiter fomes pctī. Et ideo etiaȝ poſt baptiſmū habet efficaciam reprimendi diabolum.

3 ¶ Per quē debet quis exorcizari.R.ꝙ per ſacerdotem.de conſe.di.iiij.ſacerdotes.⁊ de hoc vide.ſ. Cathecíſmus.q2 idem eſt.

**Expenſe** tam in cibarijs q̄ȝ in veſtibus debent fieri ſm dignitatē illius cui ſunt preſtande ⁊ facultates illius qui dȝ preſtare.hoc colligit̃ in.l.habitatio.ff.de ven.in poſ.mit.⁊ in.l.ſed ⁊ ſi quidē.§.i.in ver.veſtiri.ff.de vſufruc.Et ꝓpterea dicit Bal.in.d.§.i.ꝙ abbas dȝ melius veſtiri q̄ȝ monachus:mgr̃ in theologia q̄ȝ alij fres:doctor q̄ȝ ſcholaris. Et idē dic de cibarijs ꝑ elegantem doc. Bal.in.l.i.C.de epi.audi.

1 ¶ Vtrū ille qui aliū vulnerauit teneat̃ ad expenſas.R.ꝙ ſic.ad oēs quas procuratione fec̃ vt.ff.ſi qua.pau.fc.di.l.ex hac.⁊.ff.de his qui deie.vel effu.l.vltima.vide glo.in.c.ſi quis mē broꝝ.xxiij.q.vltima.⁊ in.c.i.de iniurijs.

2 ¶ Vtrū in extimandis facultatibus ſit habēda rō expenſaꝝ.R.ꝙ ſic.vt no.glo.in.c.qm̄ de vi.⁊ ho.cle.vñ illi fructus extimandi ſunt qui ſupſunt deductis expenſiſ.C.de fruc.⁊ li.ex.l.i.

3 ¶ Vtrū expenſe facte in re aliena ſint attendēde.R.ꝙ aut erat poſſeſſor male fidei.⁊ ſic de rigore iuris ñ potit hr̃e niſi ſolū illas q̄s fec̃ gr̃a fructuū querendoꝝ congregandoꝝ aut conſeruandoꝝ:qua etiā a male fidei poſſeſſore deducunt̃.vt in.l.ſi a patre.§.fructus.ff.de peti.he.⁊.l.plane in fi.ibidem.⁊ in.d.l.i. alias ſi q̄s fecit amittit.vt.l.ex argento.ff.de condi.fur. ⁊ inſti.de re.di.§.ex diuerſo. Sed in foro conſcientie ſm Mo.ti. Vſura.v.poterit etiā repetere eas quas fecit ad conſeruationē rei vt paſcendo equuȝ ⁊ huiuſmodi:vel ad opportunam meliorationē:vt curando aīal morboſū: nutriendo porcum ⁊ huiuſmodi: ⁊ placet per rōnem dictarū.ll. Similiter dic de eo qui ſcripſit vel pinxit in re aliena: ſeu edificauit ꝙ in ↄſcia poterit petere: ⁊ ille in cuius re expēſas fecit tenetur non inquantū expenſa vȝ ſed ſolū inq̄ntū ſibi dicta res eſt pl9 vtilis arbitrio boni viri. Si aūt erat poſſeſſor bone fidei ſic poterit oēs expenſas quas fecit tollere ſi ſine leſione rei poteſt fieri.l.iulianus.la.iij.ff.de rei ven.vel ſi non poſſunt tolli dñs rei ſoluet eas l.in fundo.co.ti.aut vendere ei rem in qua expenſas fecit.q2.ff.de peti.he.l.ſi quid poſſeſſor. §.ſic ante dr̃.ꝙ quis nō debet culpari de adminiſtratōne rei quā tenet vt ſuā bona fide. Idē dic qñ fecit credens vtiliter gerere negociū ꝓximi ſui.ff.de neg.ge.per totum.

¶ Expenſe nō veniunt nomine damnoꝝ vel 4
intereſſe:q2 expenſa eſt quam quis fecit eundo redeundo:vel maiorem familiā tenendo: aut aduocatis ſoluendo ⁊ huiuſmodi. Dāna vo vel intereſſe ſunt in re vel circa rem.⁊ ideo qui remittit vnū non videtur remittere aliud. vt de iniurijs.c.in in noſtra.in tex.⁊ in glo.

¶ Expenſe dicuntur neceſſarie:que ſi facte nō 5
fuiſſent perijſſet:aut facta fuiſſet deterior res circa quā ſunt facte. Vtiles ſunt que rem meliorē faciūt ⁊ deteriorē fieri non ſinunt. Voluntarie vo ſunt que rem tantū ornāt:ſed fructū non augent.l.impenſas.ff.de ver.ſi. Quō aūt debeantur qñ ſunt facte in re aliena ſcienter ⁊ bona fide.vtputa in re locata.habes.ſ.locatio §.xxi.⁊.ſ. Comodatum.§.xiij.⁊.ſ.dos.§.xxv. ⁊.ſ. Peculium.§.xxij.

**Experientia** facit arteȝ. In experientia cauſum.i.metaphiſice.vñ in.c.quaȝ ſit.de elec.li.vi.in prin.dr̃ magiſtra rerum.⁊.ff.de le.iij.l.legatus.§.ornatricibus dr̃.ꝙ prebet cuilibet artificio nutrimentū ⁊ in.c.vt conſtitueret̃ l.di.dr̃. Cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum

**Expoſitio** ſacre ſcripture ⁊ canonū ex cā pſona loco ⁊ tpe debet fieri.vt.xxix.di.c.ſciendū.⁊.c.ſe. Quoꝝ modi q2 medulitus nō indagantur in erroris laberinthū nōnulli intrudēdo impingunt̃ cū ante iudicant q̄ȝ intelligant ante inculpant q̄ȝ iterando lecta perquirant. hec Iſi.⁊ habetur in.d.c.ſciendum.

1 ¶ Vtrū liceat varijs modis ſacrā ſcripturaꝫ vł iura exponere. R℞.glo.in.c.qd hoc eſt.l.di.ꝙ aduocatus pōt varijs modis iura exponere. Qđ limita verum qn̄ eadem ratio legis hoc re quirit aliter nō excuſanť. qꝛ vt dŕ in.c. intelli/gentia.de V.ſi.intelligentia dictoꝝ ex cauſis eſt aſſumenda dicendi:qꝛ non ſermoni res:ſed rei debet ſermo eſſe ſubiectus.ꝛ in.c.in his.co.ti.dŕ. Verba intentioni dn̄t deſeruire cū ſuis concoꝛ.ibi.nō.in glo. Idem dic de ſacra ſcri/ptura q̄ exponiť quattuoꝛ modis. Primo ſm hiſtoꝛiam.hiſtoꝛia eſt rei geſte narratio. ab hi ſtrion qđ eſt videre vel cognoſcere qꝛ apud ve teres nemo ſcribebat hiſtoꝛiā niſi interfuiſſet. Scđo allegoꝛice.a leon qđ eſt aliud ꝛ goꝛe. qđ eſt dicere vel locutio. ꝛ eſt qn̄ ꝑ vnū factū dať intelligi aliud:qđ ē credēdū.Tertio anagogice ab ana qđ eſt ſurſū: ꝛ goge qđ eſt ductio. ꝛ eſt qn̄ ꝑ vnū factū datur intelligi deſiderandū.ſ. gloꝛia.Quarto tropologice.a tropos qđ eſt cō uerſio:ꝛ logos qđ eſt ſermo.ꝛ eſt qn̄ ꝑ vnū fa/ctum datur intelligi faciendū. Et propterea dicit Hiero.in.c.hereſis.xxiiij.q.iij.Qui aliter ſcripturā intelligit q̄ꝫ ſenſus ſpūs ſancti flagi tat:a quo ſcriptura eſt.lꝫ ab eccleſia non receſ/ſerit:tn̄ hereticus poteſt appellari:ꝛ de carnis operibus eſt eligens que peioꝛa ſunt. hec ille. facit ad hoc.c.relatū.xxxvij.di.Qđ bene nō.

# Expoſitus

Expoſitus filius infans a patre: ſiue ab alio eo ſciente vel ratum habente coipſo liberatur a pr̄ia ptāte. Idem in ſeruo ꝛ liberto expoſitis qui li beranť a dn̄ica ptāte. Idē in languidis cuiuſ/cunqꝫ etať ſint expoſitis.vel ſi alicui alimēta negari ↄtigerit impie. vt in.c.vnico.de infan. expo.Si vo eo ignoꝛante vel inuito ſit expo/ſitus poterit eū repetere. ſed reſtituet expen/ſas infra.x.dies poſt epł̄am conteſtationis fa ctam. vt ibidem no.ꝛ in.c.fi.lxxxvij.di.

1 ¶ Vtrū recolligens talem expoſituꝫ acquirat aliqđ ius in eo.R℞.ꝙ non.vt in dictis iuribus.

2 ¶ Vtrū expenſas factas poſſit repetere.R℞.ꝙ ſi ſunt alimenta vel cauſa alimentoꝝ facte nō repetet:niſi in duobus caſibꝰ ſm glo.in.d.c.fi. Primus ſi proteſtatus eſt ꝙ volebat repetere vt.ff.de neg.ge.l.nenſenniuſ.Hoc limito niſi eſſet ꝑſona que ad hoc teneretť: ſicut eccleſia q̄ teneť alere pauperes:qꝛ qualitercunqꝫ ꝓteſteť non repetet.vt.c.ſacroꝝ.xij.q.ij. ꝛ.l.alimenta. C.de neg.ge.ꝛ qđ ibi no.Limito ſcđo ꝙ in cō/ſcia poterit repetere perſona que ad hoc non tenebať.lꝫ nō fecerit ꝓteſtationē qn̄ a princi/pio habuit aīum repetendi. ar.eoꝛū que no.j. lex.§.iiij. Scđus caſus eſt qn̄ expoſitus ꝛ col lectus nō vult ducere filiā collectoꝛis in vxoꝛē C.de nup.l.patrem.Si vo ſunt alia ab alimē tis q̄ expendit.puta in erudiēdo puero in aliq̄ arte ꝛ.hmōi repetere poterit.C.de infa.ex.l.i.

¶ Sed nunquid excuſenť predicti exponētes: ſi ex neceſſitate.puta qꝛ eos alere non poterāt expoſuerūt.R℞.glo.in.d.c.fi.ꝙ nō. qꝛ debuit eū mittere in xenoneꝫ.ſ.hoſpitale.vt.C.de ca.tol. l.vnica.§.ſed ſcimus.ꝙ ſi talis locus non erat tunc videť glo.dicere ꝙ excuſať de filio:ſed de ſeruo non.ꝑ.d.l.vnicam.ꝛ in auten.de nup.§. ꝛ multo potius. Sed ego credo veruꝫ quo ad penā predictā.in.§.i. ſed nō quo ad deum:qꝛ quātū in ipo eſt occidit:niſi foꝛte expoſitio tali mō fieret ꝙ nullū periculū expoſito immineret. 3

# Expreſſio

Expreſſio qn̄qꝫ nocet. Vn̄.l. nōnunq̄ꝫ.ff. de con di.ꝛ de.dicit. Nōnūq̄ꝫ contingit vt q̄/dā noīatim expreſſa officiant: quāuis omiſſa tacite intelligi potuiſſent nec eſſent obfutura. inde dictū eſt.expreſſa nocent:non expreſſa nō nocent:hec ibi.facit ad hoc.l.ſi quiſ.ff.de here. inſti.ꝛ glo.in.c.conſulti.de procu.ff. de reg.iu. l.expreſſa.

# Extimatio

Extimatio rei qn̄ debeat fieri R℞.ꝙ tempoꝛe con tractus.vt in.c.cum dilecti.de emp.ꝛ vendi.ꝛ in.l.ij.C.de reſcin.ven.

¶ Quantū fieri debeat.R℞.glo.in auť. de ali.ꝛ emphi.§.ſanctiſſimas.ꝙ debet fieri ſm reddi tus quos res extimanda affert.facit tex. ibidē ꝛ in auť.de ec.titu.§.ſi autem annale.ꝛ tex.in.l. ſi quos.C.de reſcin.ven. 1

¶ Qualiter fiet ſm redditus.R℞.ꝙ tantū debꝫ valere res quot fructus producit in.xxv.ānis vel ſi eſt res que debeť eccleſie in.xxxv. annis vt in.d.§.ſi ante annale.vbi eſt tex. de trigin/taquinqꝫ annis.ꝛ ibi no. 1

¶ Quid ſi res eſt nō fructuoſa.R℞.ꝙ extimabi tur ſm ꝙ cōiter appreciať.l.precia in ꝓn.ff.ad l.fal.Et hoc habet locū hodie cōiter in oībus rebus.ꝛ ꝙ dŕ:res tantū valet quantum vendi pōt ꝑ.l.i.§.ſi heres.ff. ad treb.ꝛ.l. querebať.ff. ad.l.fal.ꝛ.l.ſi quis vxoꝛi.§.vlti.ff.de fur.debet intelligi veꝝ nō habito reſpectu ad affectionē ſingularīū ꝑſonarū:ſed cōium.vt in.d.l.precia niſi affectio eſſet rōnabilis reſpectu extimantis de quo dic vt.ſ.Emptio.§.vij.ꝛ.ix. 3

4 ¶ Utrū extimatio faciat venditionē.R.ꝙ ſic in duobus caſibus. Primus cū eo aio fit extimatio vt ipſa preſtet.ſecus ſi fiat vt appareat quanti res ſit facta deterior.vt.l.ſi inter virū C.de iu.do. Qḋ tunc apparet qñ in pacto eſt vt tranſacto certo tpe res que extimata data eſt reddať.q2 tunc non facit venditionē. vt.d. l.ſi inter. Scḋus caſus eſt qñ res ſimpliciť dať extimata in contractu: de cuius natura eſt vt transferatur dñium.vt in.l.quotiens. ꝛ.l.plerūq3.ff.de iure do.ꝛ.l.extimatio.ff.ſo.ma. Exemplū mulier dedit rem extimatā.c. viro ſuo cenſebiť vir emiſſe. Fallit hoc quādo natura contractus repugnat vt faciat venditionē. vt in.l.ſeruos.ff.fa.herc.Exemplum ego ꝛ tu ſumus heredes ꝛ facimus extimationem ḋ hereditate.tunc non facit venditionem.

5 ¶ Utrum extimatio faciat tranſire periculū in accipientem.vide.ſ.Caſus.§.vi.

**Extrema** vnctio. vide.j. Unctio extrema.

**Fabule** ocioſe vel ſeculariū negocioꝝ nō debēt recitari in conuiuio clericoꝝ aut religioſoꝝ vt in.c.cōuiuia.ꝛ in.c. pro reuerentia.xliiij.di. nec fabularū oblectamenta excitantiū mentē ad incentiua libidinū.c.ideo.xxxvij.di.

**Facilitas** venie incentiuū prebet delinquēdi.xxiij. q.iiij.eſt iniuſta.de vi.ꝛ ho.cle.c.vt clericoꝝ. vñ Stephanus papa dicit. Eccleſiaſtici vigoris ordo ꝯfundiť ſi aut temere illicita preſumanť:aut non conceſſa impune tentenť ꝓinde ſi negligēter ea que male vſurpanť omittimus exceſſus viā ꝓculdubio alijs aperim⁹.

**Facultas** diciť qñ ſine difficultate pōt quis facere.vt no.Inno.in.c.in pñti. ꝛ in.c. romana.de ſen.ex.li.vi.

**Factum** legitime retractari nō dꝫ.lꝫ caſus poſtea eueniat a quo nō potuit inchoari. de reg. iur.li.vi. Pa.in.c.diſcretionē de eo qui co.cōſan.vxo.ſue.dicit verā regulā qñ factū iam eſt ꝑfectū.puta matrimoniū:licet ſupueniat affinitas nō retractať.ꝛ.l.ſi a'me fuerit.ff.de iudi. cum alijs que videntur contraria intelliguntur qñ factum non erat perfectum ſed ſolum inchoatum:quia tunc retractatur.

1 ¶ Utrum ſit dicendum factum quod nō durat.R.glo.in.c.ad noſtram.de regula. ꝙ quando ex facto volumus indicare animū:tunc eſt verum ꝙ nō dicitur factum.ſ.aio faciendi qḋ nō durat.ꝛ ibi ponit multas cōcor. Adde tex. in.c.nam ꝛ ego.de ver.ſi.cum concor.in glo.

2 ¶ Utrū factū illegitime cenſeať factum.R.ꝙ nō.vt in.c.veniens.de preſby.non bapti. ſicut inutile ꝛ nullū.paria iudicanť.c.inter corporalia.de tranſla.prela. ſic etiā dicitur nō eſſe: qui minus idoneus eſt.vt in.l.i.ff.qḋ cuiuſcꝫ vni. facit tex.cū glo.in.c.fraternitatis.de fri.ꝛ male. Unde Bar.p.d.l.i.dicit ꝙ ſi procurator nō facit fidem de mandato. perinde eſt ac ſi non comparuiſſet:ꝛ dñs tanꝗ̄ cōtumax debet puniri. Item excipere ꝛ non probare idem eſt ſicut non excipere.c. cum ſuper. de conceſſ. pre. Et paria ſunt quo ad iuris effectum non eſſe ꝛ non apparere.l.duo ſunt titij.ff.de te.tu. Itē non fieri ꝛ tarde fieri: vel eo modo quo fieri non debet.ar.c.auditis.de procu.ff.qui ſatiſd. co.l.quotiens.ꝛ ibi glo.

3 ¶ Utrum plus ſit facto conſentire ꝗ̄ verbo. R.ꝙ ſic.glo.eſt in.c.in cauſis.de elec. vide glo. in.c.dilecti filij.el.ij.de ap.vbi plus factis loquimur. Factum alienum promittens quomodo teneatur. vide infra Sponſalia.§.xiiij. Factū vbi promittitur venit qḋ intereſt in obligatione.ff.ſi quis in ius vo.non ie.l.cum quis.

**Falcidia** vide infra Legitima.

**Falſarius** dicitur quis diuerſimode. vt no.in.c. in memoriam.xix.di.ꝛ in.c.quiſquis.xi q.iij.ꝛ de cri.fal.per totum.

1 ¶ Utrū ſit falſarius qui abſentiū noīa in inſtrumēto ponit:vel qui ſigillū furtiue ſurripit. R.ꝙ ſic.vt no.in.c. quanto. ꝛ.c.ea. de his que fiunt a prelatis. Item ſm Bar.in auť.preſbyť C.de ſacroſan.ec.falſitas nō ſolum cōmittitur in dicendo falſū:ſed etiam in tacendo verum.

2 ¶ Utrū aperiens litterā alterius vt legat ſit falſarius.R.glo.in.c.cū olim.el.ii.de offi.dele. tenet ꝙ debet puniri tanꝗ̄ falſarius.allegat. c.olim.de reſcrip.ꝛ.c.ad audientiam.de cri.fal. Inno. vo tenet ꝙ iſte minus peccat ꝗ̄ ſi falſificaſſꝫ ſigillū apponēdo adulterinū.tñ falſari⁹ eſt:propter qḋ dicit Pe.de anch.ꝙ ſolū debet puniri pena extraordinaria.c.de cauſiſ.de offi. dele.ꝛ concurrunt cōiter doc.ꝛ.c.allegata per glo.loquunť de falſario qui facit raſurā viciādo lrām.vt in.d.c.olim.vel apponendo ſigillū adulterinū.vt.d.c.ad audiētiam.Bar.dicit ꝙ

ſi aperit oſtendendo aduerſario mittentis pōt puniri vt falſarius.ar. bonū in.l.i.§. is qui.ff. ad.l.cor.de fal.ver.is qui depoſita inſtrumenta oſtendit aduerſario incidit in crimen falſi. Qđ no.contra notarios ⁊ aduocatos qui oſtēdūt iura partis aduerſario.Si Vo aperit: ſed nō oſtendit aduerſario.ſic non punit̃ crimine falſi.⁊ videt̃ tex.in.d.c.cū olim.⁊.ff.de cri.ſtelli.ꝑ totū.⁊ ad.l.qui teſtm̄.ff.de fal.dic ꝙ eſt ſpāle in eo qui aperuit teſtm̄ clauſū vt puniat̃ pena falſi.Ex quo collige ꝙ peccat mortaliter aperiens lr̄as alterius vt legat niſi ſpem habeat in ratihabitione.Qđ intelligo qn̄ aduertenter ⁊ ſtudioſe facit cum veniat puniendus crimine ſtellionatus. Qđ limito verū niſi haberent̃ ꝓ derelictis.puta eas proiecit vel lacerauit ⁊ huiuſmodi.q2 ſi tales legit ꝓ aliq̄ bono fine. licet alias curioſitas eſt non tñ mortalis de ſe.

3 ¶ Vtrū lacerans vel cōburēs vel celans ſcripturas publicas vel priuatas que ad aliū ſpectant ita ꝙ amplius nō appareant:ſit falſari⁹ R̸.ꝙ ſic.vt eſt caſus.⁊ ibi Bart.in.l.paulus.ff. de fal.vbi dicit tex.legis cor.,pena oēs teneri qui etiā extra teſtamēta cetera falſa ſignaſſēt ſed ⁊ ceteros qui in rōnibus:⁊ tabulis:lr̄is publicis.aliaue qua re ſine ſignatione falſum fecerint.vel vt verū nō appareat quid celauerit ſurripuerit:deleuerint:ſubiecerit: ⁊ reſignauerint.eadem pena affici ſolere dubiū nō eſt. hec ibi.glo.in ver.ſurripuerint.dicit ſic vt nō eſſet cōburendo.Et ſic patet quid dicendū de falſātibus libros mercatoꝝ:cōburentibus: vel occultantibus:vel alias ſcripturas.⁊ vltra dictā penā tenet̃ ad reſtitutionē totius intereſſe.tex. eſt in.l.qui tabulas.ff.de fur.de quo vide infra Reſtitutio.i.in verbo ſcripturas.

4 ¶ Vtrū falſificans monetā ſit falſarius ⁊ peccet mortaliter.R̸.ꝙ ſic.ſm Ho.Jo.an.Pe. ⁊ Jo.de imo.in.c.quanto.de iureiuran.⁊ patet ꝑ tex.ibidem.vbi dicitur ꝙ ſeruans falſam monetam agit inique.ergo fortius falſans. patet etiā per extrauagan.Jo.xxij.qua excōicat oēs tales in regno francie ⁊ tenet̃ reſtituere omne damnū datum,illi perſone:communitati vel populo dānificato.vt no.prefati doc.vbi.ſ̃. vl' ſi neſcitur ſpecialis perſona:ſaltem pauperib⁹ ar.coꝝ que no.in.c.cum,tu. de vſuris. ⁊ in rl'a peccatū.de re.iu.li.vi.⁊ vide Ho.in ſum.ti.de cenſi.§.ex quibus.ver. quid ſi moneta. Idem dic ſm Vira.obdo. de illo qui recepit falſam ignoranter quā poſtea ſciens expēdit ꝓ bona

Qđ limito in pecūia alicui⁹ importātie.ſec⁹ in denario vſuali.ſic dico đ furto.j.furtū.§.xxiiij

5 ¶ Quot modis falſatur moneta.R̸.ꝙ tribus modis ſm cōiter doc.in.d.c.quanto.Primo i forma.ſ.quando imponitur ſignum illius qui eam cudi non facit.vt in.l.falſi nominis.⁊ in.l. qui nomine.ff.de fal.⁊ in.d.c.quanto.Secūdo ex materia metallica.ſ.quando fit de ere vel de ſtagno:vel non de debita liga.vt in.l.paul⁹ ff.de ſolu.ſm Bar.vel cum talis materia immiſcetur vbi non debet.vt in.l.qui nūmos.⁊ in.l. cornelia.ff.de fal.la.i.Tertio ex pondere.Nam iſta tria requiruntur de ſubſtantia monete.vt in.l.i.§.i.ff.de contrahen.emp.

6 ¶ Sed quero quod pondus debet habere.R̸. ſm glo.⁊ doc.in.d.l.i.⁊ Bar.in.l.ij.§.i.ff.ſi cer. pe.ꝙ de iure tantus debet eſſe valor comate:⁊ tantū pondus quantū erat prius in materia ñ deductis expenſis nec labore que de iure debēt fieri de publico. Sed ſm Inno.quē cōmuniter ſequuntur doc.⁊ ſeruatur ex conſuetudine tantum debet eſſe in pondere quantū erat in materia deductis expenſis ⁊ labore.q2 nemo ſuis expenſis tenetur eam facere.ff.qui.ex cau.ma. l.i.⁊.c.qui ſentit.de re.iur.li.vi.Immo pluſ erēdit Innocē.ꝙ ſi princeps indiget poterit inde. ſentire aliquid lucruʒ ⁊ ſic minuere a predicto pondere.Sed Pa.in.d.c.quanto.de iureiurā. limitat verū.niſi ſpargatur extra regnū: q2 cū dāno non ſubditorum ſuoꝝ non poteſt: quaʒ credo veriſſimā. Credit Inno.etiam ꝙ princeps cū cōſenſu populi poſſit minuere. hoc eſt ꝙ ſit minoris ponderis ꝙ̃ deberet ⁊ tñ expendatur ac ſi eſſet iuſti ponderis. Ratio q2 quilibet poteſt renunciare iuri ſuo. vij.q.i.ꝙ̃ periculoſū.⁊ dicit ſufficere conſenſū maioris partis magnatuū regni.q2 negociuʒ regni reputatur negociū vniuerſitatis.ar.in.l.ij.§. ſanctiſſim⁹ C.de iureiurādo propter calum.Sed Pa.vbi ſ̃.dubitat de hoc.cū tractetur de preiudicio ſingulorum coꝝ.ar.coꝝ que no.in.c.cum oēs. de conſti.⁊.C.que ſit lon.conſue. in R̸ica. Et ego credo requiri conſenſum ſinguloꝝ: niſi qn̄ ex alia cauſa propter hoc alleuiarent̃.puta ab angarijs ⁊ huiuſmodi per ea que no.in dictis iuribus.Dicit tñ Inno.non ſufficere conſenſuʒ populi vt expendatur extra regnum.

7 ¶ Vtrum princeps fraudet monetam quādo reprobat valentem ⁊ minus valentē acceptat vt de reprobata habeat bonum forum ⁊ illam conflari faciat ⁊ cudi. R̸. Ho.vt recitat Pa.

vbi.ſ.ꝙ ſic.facit tex.in.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pi.ac.

8 ¶ Vtrum radentes vel tondentes ſint falſarij.vel ſubtilius ex aqua particulaꝫ auri vel argenti tollendo ita ꝙ cognoſci non poteſt.R.ꝙ ſic.vt in glo.d.c.quanto.⁊ tenentur ad reſtitutionem dānificatis.vel.ſi ipſos ignorant pauperibus de neceſſitate.c.fi.de iniurijs.

9 ¶ Vtrum illi qui ſingulos denarios ponderant ⁊ grauiores retinent ⁊ conflari faciūt ſint falſarij.R.vt colligo ex Ho.Jo.an.Pe.de ancha.⁊ Jmo.vbi.ſ. Si illi qui cudunt pecuniā quia aliqui denarij ſunt quandoqꝫ minus:ꝓpterea dimittunt alios.plus in pondere qꝛ nō poſſunt equaliter omnes ſculpere.tunc tales ſunt falſarij ⁊ tenentur ad reſtitutionē cōitati qꝛ corpus pecunie dānificauerunt. Si autem omnes denarij ſunt iuſti ponderis: ſed aliqui ſunt ampliores ⁊ illos radunt:dūmodo remaneant iuſti ponderis: ſeu conflant non credo falſarios.licꝫ male faciant:⁊ nullo modo ſit eiſ conſulendum. Quod ſi nolunt abſtinere: non credo eos fore extra ſtatū ſalutis propter hoc.

10 ¶ Quid de falſario litterarum apoſtolicarum vide.ſ.excōmunicatio.v.caſu.iij.

11 ¶ Vtrum falſificans menſuras ⁊ pondera teneatur.R.ꝙ vltra mortale tenetur ad reſtitutionem totius damni dati.vt patet ex.c.ij.de emp.⁊ ven.⁊ deberet.xxx.diebus in pane ⁊ aq̄ penitere.vt ibi:lꝫ ſit arbitraria hodie. Idem dic de vtente ſcienter falſis. Et falſans menſuras tenetur.l.cor.de fal.ff.de extraor.cri.l.annonam.circa fi.que eſt pena publicatiōis omnium bonorum cum deportatione ſi liber eſt.ſi ſeruus vltimuꝫ ſupplicium.vt.l.i.in fi.ff.de fal. Vtens vero falſis poteſt puniri in duplum ⁊ relegari in inſulam.vt.ff.de fal.l.pe.

12 ¶ Vtrū inſtrumenta confecta p falſum notarium ſint nulla.R.vt colligit Pa.in.c.fraternitatis.de here.p Inno.ibidem:aut loquimur de inſtrumentis confectis poſt falſitatē cōmiſſam.vel ēt ante tn̄ nondū dānatū ſed toleratū in officio.⁊ ſic valent ꝓtextu officij: lꝫ poſtea damnet.facit.l.barbarius.ff.de offi.pre. Aut loquimur de inſtrīs confectis poſt dānationē notarij.⁊ ſic non valent vt.l.ſi aliquid.C.de ſuſcep.prepo.⁊ archa.facit tex.in.l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.ff.de eden. Bar.tn̄ in.l.i.ff.ad.l.iu.repe.limitat verum qn̄ notarius fuit damnatus ꝓpter falſitatē cōmiſſā in officio tabellionatus.⁊ ſic loquit.d.l.ſi aliquid.ſecus ſi al's fuiſſꝫ dānatus de falſo cōmiſſo ex alia cā extra officiū tabellionatus:ſicut in quodā ꝯſilio ipe Bar.cōſuluit ꝓ quodā notario dānato.qꝛ extraxerat duas chartas de libro cōitatis valebāt eius inſtr̄a.lꝫ ſit infamis effectus. Et hoc verꝫ dūmō illud officiū non habeat in ſe dignitatē vt qꝛ eſt notarius principiſ.l.i.C.de man.prin.vel ſalariū de publico.vt qꝛ eſt notarius in bāncho.qꝛ tunc non valerent.alias ſic.

¶ Vtrū inſtrumētū factū a notario nō dānato.qd̄ hꝫ diuerſa capitula ſit falſū ſi falſitatē hꝫ in vno cap̄lo.R.Pa.vbi.ſ.ꝙ aut falſitas ꝓuenit ex vitio notarij.⁊ tūc aut ꝯcernit ſubſtātialia inſtrumēti.puta qꝛ in indictione aut die.⁊ tūc totū corruit.vt no.in.c.inter.de fi.inſtru.⁊ in aut.vt ꝓpo.no.impa.circa ꝓn. Aut ꝯcernit ſubſtātialia negocij.⁊ tūc diſtigue. Aut cap̄la ſūt ꝯnexa:⁊ tūc totū reprobat. Aut ñ ſūt ꝯnexa ſed ſepata.⁊ ſic ſolū illud cap̄lm falſū reprobat. Et ſic limita Bar.i.l.ſi ex falſiſ.C.de trāſa.q tꝫ ꝙ qn̄ venit ex vitio notarij totū corruit.qd̄ Inno.ēt tꝫ. Si vero falſitas ē circa extrinſeca: vt qꝛ ſcripſit ꝯhētes eē ꝯſanguineos:vel aliqd̄ aliud qd̄ ñ facit ad negociū.lꝫ h̄ ſit falſū nō reprobat ꝓp hoc inſtr̄m.qꝛ hoc nō eſt vitiū notarij. Et idē dic in teſte. Et idē voluit Inno.in d.c.fraternitatis.vide glo.in.d.l.ſi ex falſis. 13

Fama eſt illeſe dignitatis ſtatus legibus ⁊ moribus cōprobat.l.cognitionē.§.extimatō.ff.de va.⁊ extraor.co.⁊ in glo.c.vr̄a.de coha.cle.⁊ mu.

¶ Vtrū fama ſit defendenda.R.ſm glo.in.c.ſenti.xi.q.iij.ꝙ aut ſumus inter tales q parati ſūt imitari.⁊ ſic peccat mortalr̄ q eā nō defendit ꝓ poſſe. Et ſic intellige.c.nō ſunt audiendi ca.q.ij.c.nolo.xij.q.i.⁊ de ꝯſe.di.i.iubem. Aut ſumuſ inter tales qui ſolū parati ſunt reprehēdere ⁊ nō imitari.⁊ ſic ſufficit nobis conſcia nr̄a ⁊ non tenemur defendere. Et ſic intellige.c.qd obeſt homini.cum.v.c.ſe.xi.q.iij. 1

¶ Quot modis leditur fama:⁊ quō ſit reſtituenda.vide.ſ.Detractio. 2

¶ A quibus eſt abſtinendū propter famam cōſeruandam.vide.ī.Scandalum.§.iij. 3

¶ Fama proprie eſt qn̄ tota ciuitas vl' vicinia vel maior pars acclamat aliquid.vel dic ꝙ eſt cōmunis locutio ex veriſimilibus coniecturis ſurgenſ.vt colligitur ex no.in.c.ſi duo.xxxv.q.vi.⁊ in.c.ſuper eo.de eo qui co.conſan.vxor.ſue.⁊ in.d.c.veſtra. Vnde primo oportet ꝙ ſit ex veriſimilibus coniecturis.quia alias ꝓprie 4

non eſt fama quo ad iuris effectũ:ſed ſunt va/
ne voces populi.de quo p Bar.in.l.de minore
§.tormenta.ff.de queſtio.p glo.⁊ doc.in.c.inq/
ſitionis.⁊ in.c.cũ oporteat.de accu.⁊ non ſunt
audiende.vt in.c.ij.ď elec.⁊ tex.in.l.decurionũ
filij.C.de penſ.l.diuo marcho.C.de ma.te.⁊.l.
ſi priuatus.ff.qui ⁊ a qui. Unde dicit Pa.in
c.veniens.el.i.de teſti.q̃ teſtis deponens de fa
ma debet reddere rõnem:ſeu cãm ſufficientez
ſui teſtimonij. Scd̃o requirit̃ q̃ ſit ſaltem ma
ior pars.q: vt dicit Pa.in.c.cũ in tua.de ſpõ.
q̃ dicta paucoꝝ non infamant. Et propterea
differt fama a rumore: q: rumor eſt qñ aliqua
pars vicinie aliquid aſſerit:ſed fama qñ maior
pars. Unde ſe habet in plus.vt dicit glo.in.d.
c.ſup eo. Pro quo no.q̃ noie partis venit me
dia parſ.vt in.c.ij.§.1.de deci.li.vi.⁊ in.l.nomẽ
filiaꝝ.§.portionis.ff.de ver.ſi. Sed qñ addit̃
aliqua:tunc verificat̃ in qualibet minima par
ticula.q: dictio aliqua reſtringit. Attamen lꝫ
requirat̃ maior pars ad famã faciendam.tñ
ad probandũ ſufficiunt duo teſtes.vt no.glo.
ij.q.i.§.qñ.el.ij.⁊ in.l.iij.ff.de teſti.⁊ no.Bar.i
d.§.tormenta. Et contra probationẽ fame ad/
mittitur contraria ꝓbatio.⁊ ſi ſecunda eſt cla/
rior offuſcatur effectus prime. Et ideo eo caſu
quo infamia ſufficeret ad torturã:ſi probaret̃
per aliam partem bona fama tolleret̃ preſum
ptio prima.⁊ ſic probat tex.in.d.c.cum in tua.
⁊ qď no.Bar.in.l.fi.C.de queſtio.

**Familia** quid cõprehendat. R.
Archi.ď priui.lꝫ li.vi.
Dicit q̃ triplex eſt familia quedã ꝑpe/
tua ⁊ religioſa:vt religioſi clerici ⁊ conſimiles
⁊ tales gaudent priuilegio cõuentus vel col/
legij de ſta.mo.recolẽtes.C.loca.l.milites.Alit̃
tenerent̃ duplici iure ꝯ.c.cognouim⁹.cũ ſi.xij
q.ij.⁊ ď hac loquit̃.c.cũ olim.de arbi.Eſt ⁊ alia
f.que non eccleſiaſticos tm̃ cõprehendit:ſed ẽt
laicos:ſicut ſunt vxor:filij:nepoteſ:ſerui:famu
li:qui in eius domo eius ſumptibus viuũt cõ
tinue de qua intelligit̃.ff.de publi.l.i.§.familie
C.ad.l.cor.de ſic.l.ſi forte:que ponit̃ de pe.di.i.
⁊ de here.c.filij.li.vi.in fi.⁊ de teſti.c.in litterſ
vbi de hoc.⁊.iij.q.v.c.i.Et de tali intelligit̃ qď
dr̃ in.d.c.licet.de q̃ v.de.j.Interdictũ.vi.§.iiij
Eſt ⁊ alia familia q̃ nec ẽ nec ꝑpetua mercena
ria:ſicut clerici ⁊ religioſi ⁊ alij eccleſiaſtici di/
cunt̃ de familia eccleſie.de quibus.xvi.q.vi.de
lapſis.Eſt ⁊ alia de qua in.l.fi.C.de ver.ſi.vbi
nomen familie cõprehendit parentes liberos
omneſqꝫ ꝓpinquos ⁊ ſubſtantiã ⁊ libertos ẽt
⁊ patronos necnon ⁊ ſeruos.⁊ hec ſignificatõ
habet locũ in fideicõmiſſis:vt ibi patet.

¶ Ad quid tenet̃ pr̃ſa.R.q̃ ad duo tenet̃ de p̃/
cepto.ſ.ad adminiſtratõez neceſſarioꝝ ad vitã
⁊ ad diſciplinã tam verbo q̃ꝫ exemplo moruꝫ
vt colligit̃.i.ad thimo.v.⁊ ad ephe.iij.⁊ no.in
§.neceſſe.xlvij.di.aliter eſt peccatũ mortale de
ſui natura:niſi excuſet aliqua circũſtantia.pu/
ta neceſſitas ⁊ huiuſmodi.vel niſi ſit famulus
de quo in ſe.iij.§.dicam:vel ſit circa ea que nõ
ſũt neceſſaria ad ſalutẽ omiſſio correctionis.⁊
ſic intellige.xxiij.q.iiij.duo iſta.⁊.q.v.ſi putes.

¶ Sed nunqd infirmanti teneat̃ ſubuenire q
ex mercede locauerat operas ſuaſ.R.quo ad ex
penſas ſm Bar.in.l.ſi cũ dotẽ.§.ſui aũt.ff.ſo.
ma.⁊ in.l.in rebus.ff.cõmo.q̃ ad magnas ex/
penſas nõ tenet̃.Qď limito verũ rõne famu/
latus.ſecus ſi teneret̃ vt paupi.Quo vo ad ſa
lariũ.Jo.an.do.Anto.Jo.de ımo.⁊ Pa.in.c.
i.de cle.egro.⁊ cõiter doc.tenent q̃ nõ q: caſus
contingens in pſona:que locauit operas libe/
rat cõductorẽ a preſtatione mercedis.l.ſi vno.
§.itẽ cũ quidã.⁊ qď ibi no.ff.loca.⁊ qď no.in.l.
in rebus.ff.cõmo.⁊ glo.in.l.fi.§.idem iuris.el.
ij.ff.ad.l.ro.de iac.Hoc tñ limitat Pa.vbi.ſ.
qñ ſalariũ debet̃ ſolũ rõne pſone.Secus ſi da
retur rõne alioꝝ etiã.Uñ ptãs q habet famu
los ⁊ iudices quibus habet ſoluere:lꝫ infirmet̃
vel moriat̃:tenet̃ nihilomin⁹ heres.⁊ ideo ipſe
põt petere ⁊ debitoreſ debent ei ſoluere.tex.eſt
in.l.pecuniam in prin.ff.de condi.ob cãꝫ.facit
qď no.in.l.dieꝫ functo.ff.de offi.aſſe. Inno.vi
det̃ tenere qď debeat̃ ſalariũ in.c.ꝓpter ſterili/
tatem de loca.facit.c.i.de cle.non re.li.vi.⁊
ibi Ge.p illũ tex.dicit doctori vel famulo nõ
debet ſubtrahi ſalariũ ꝓpter infirmitatẽ.alle/
gat qď habet̃ in Spe.ď cle.nõ re.§.poſtq̃ꝫ.V.
quid ſi mercenarius.Et iſtud tꝫ Sali.in.l.licet.
C.loca.⁊ pulchre Ang.in diſputatõne.Ex orta
guerra.facit.l.queſitũ.ff.de re iudi.Et hoc pro
cedit indubitanter.vbi cõſuetudo ſic eſt.q: tũc
debet̃.q: illud videt̃ actũ qď eſt conſuetũ.l.q̃ ſi
nolit.§.qui aſſidua.ff.de edi.edic.Sed vbi con
ſuetudo nõ eſt:tene q̃ nõ debet̃:niſi vt dictum
eſt.⁊ in caſu ſpeciali.vt.C.de aduo.di.iudicioꝝ
l.poſt duos.vbi aduocato debet̃ ſalariũ ex pu/
blico conſtitutũ.licet moriat̃ infra annũ.ſecus
eſſet de ſalario promiſſo a parte:q: nõ debetur
niſi ꝓ rata tpis ſm Bar.in.d.l.diẽ functo.Si
militer in.l.cũ hereſ.§.ſtich⁹.ff.de ſta.li.vbi qñ

p ſeruū,nō ſtat qu'n ſeruiat:nihilominus liber tatē legatā ,ppter h cōſequit.de q̄ dic vt.j.Lo catio.§.xv. vbi pulchre tangitur hec materia.

3 ¶ Vtrū cū dn̄s nō pōt corrigere ſuā familiā vel aliquē ipſoꝝ teneat ipſū expellere.R. q̄ ſi nec verba nec verbera emēdant:ſed ſubtractio neceſſarioꝝ ſeu expulſio corrigeret tenet expel lere.ar.coꝝ que.no.in.c.nō ois.v.q.v. Si vo licentius peccaret expellendo faciat quantum poteſt. ⁊ lʒ ille nō ſe corrigat excuſat.vt pʒ i.c. q̄ntulibet.⁊.c.ſe.xlvij.di.

4 ¶ Vtrū poſſit cā correctionis verberare cle ricos.vide.ſ.Excōmunicatio.v.caſu.i.§.iiij.

5 ¶ Vtrū pr̄fa.teneat de furtu familie. vide.ſ. Dn̄s.§.iiij.⁊.j.obligatio.§.pe.⁊ vltimo.

6 ¶ Vtrū familia epī gaudeat p̄uilegio fori.R. Pa.in.c.nullus.de fo.cōpe.cōiter tenet q̄ ſic.

7 Vtrū familia vel aliquis coꝝ teneat reuelare delictū dn̄i ſui requiſit⁹ p obedientiā ſupioris R.q̄ nō ſi criminaliter vult procedere. vt.iiij. q.iij.c.lege iulia.el.ij. Si āt ciuiliter ſic credo te neat.q2 nulla lege repellit.vt no.glo.iij.q v.c.i Qd̄ credo verū q̄n nullū malū ſibi imineret ex hoc.alias ſecus q2 nō teneor cū malo meo face re bonū proximi temporale.

8 ¶ Vtrū dn̄o familie qui fecit iurare familiā de veritate dicenda ſit parendū.R.ſm Durā. aut iſte dn̄s eſt truculent⁹ ⁊ ,pbabiliter habet ferus.⁊ ſic nō tenet:q2 illicitū fuit iuramentū. Si vo eſt manſuetus:⁊ ,pbabiliter credit q̄ n̄ pcedet niſi rōnabilit.tūc diſtingue q̄ aut res puta aſportate erant ad cuſtodiā ſuā deputate ⁊ ſic ſicut pōt ,pſequi aſportantē ſic ⁊ dn̄o reue lare. Si vo nō erant deputate ad eius cuſto diā:tunc ſi pōt ,pbare tenet dicere veritatē ſi vo nō pōt ,pbare nō debet reuelare niſi tali q poſſit prodeſſe ⁊ nō obeſſe.⁊ ſi alio mō iurauit nō fuit licitū iuramentū nec obligatoriū. Idē dicit Hug.de teſtibus ſinodalibus q̄ nō tenet denunciare epō lʒ iurauerint niſi crimina que pn̄t ,pbare.xxiij.q.iiij.quiſq̄s.al's eſſet ,pditor. ij.q.i.ſi peccauerit. niſi hoc faciat ſecrete illi q habet corrigere paternaliter. ar.xxij.q.v.,hoc videtur.De hoc vide.ſ.Denunciatio.§.x.

9 ¶ Vtrū obligat⁹ ,pcurare aliquā familiā vel fratres alicuius domus teneat excreſcente fa milia vel fratribus in numero.R.ſm Pau.q̄ ſi familia vel fratres habeant numerū deter minatū:tunc nō tenet. Si aūt indeterminatū: vt ſunt fratres minores alicuius cōuentus.ſic tenet.facit.c.quanto de cenſi. ſi tū nimis gra uaret p iudicis officiū ſibi prouidebitur. Et ſic patet q̄ quo ad conſcientiam non tenetur.

**Familiaris** quis dicat.R. ſm gl.iij.q.v. in ſūma.qd̄ large dicunt oēs qui coha bitant cū aliquo.vt in.c.in litteris.de teſti.⁊.c. inſinuante.de offi.dele. Glo.in.d.c.in litteris. dicit familiares appellant ꝯſanguinei colon⁹ aſcripticius:mercenarius filius in ptāte:liber tus:ſeruus ⁊ oēs habitantes in domo. Dome ſtici vo ſūt quib⁹ rōne patrie ptātis vel dn̄ice imperari pōt ſm glo.in.d.c. in lrīs. Qn̄ eni dr̄ familiares domeſtici intelligunt oēs qui in ex penſis alicuius cōmenſales cōtinue exiſtunt: etiam ſi aliqn̄ abeſſe ,p eius negotijs gerendis contingat vt no.in.c.ſi.de ver.ſi.li.vi.

**Familiaritas** cum mulieri bus ,phibet eccleſiaſticis.xxxij.di.interdixit.⁊ duo bus.c.ſe.xxxiiij.di.quorūdā.lxxxi.di. clericus. xviij.q.ij.cognouimus.de coha.cle.⁊ mu.p to tū.vide.ſ. Cleric⁹.v.imo vt dic h Hiero.in.c. hoſpitiolū tuū.xxxij.di.ñ pōt digne cū deo ha bitare q feminaꝝ acceſſibus delectat. Familia ritas nimia parit ꝯtēptū.d iudeiſ.c.⁊ ſi iudeoſ.

**Fatum** q credit mortalit peccat xxvi.q.vij.nō obſeruet.

**Fauere** peruerſis.idem eſt. ac ſi ipſe faceret.xi. q.iij.qui conſentit.lxxxiij. di. nemo. ⁊.c.ſe.xxiij. queſtione.iiij.ſi quis.

**Fautor** quis dicat. vide.j. here ticus.§.xxiij.

**Femina** nō debʒ tonſari etiā cā religionis.c. vxoratus in fi.de cōuer.cōiu. Et intelligit nō ſo lū de tonſura que dr̄ clerica.ſed etiā de raſura: que fit p abſciſſionē capilloꝝ vſq̄ ad aures.fa cit.xxx.di.quecūq̄ mulier.⁊.xx.q.ij.c.ij.⁊ cle.at tendentes.de ſta.rl'a. Glo.tū in.d.cle. videt te nere q̄ cōſuetudo ꝯria excuſat.⁊ q̄.c. quecūq̄ mlier. Intelligit d illa q̄ vult remanere in ſecu lo nolēs religiōi deſeruire: ſed mūdialit viuere ⁊ placere. Peccat ergo mortalit talis tonſurās ſe.cū in.d.c.quecūq̄ mlier ſit excōicanda. Qd̄ etiā intellige niſi ex neceſſitate hoc faceret:vel cauſa religionis ſeu mundi contemptus.

¶ Quare femina citius pubeſcit.R.glo.in.l.ij C.de his q ve.eta.impe.q2 mala herba cito cre ſcit. Sed eſt alia rō quā reddūt doc.in.c.lraſ.d deſpon.impu.ſ.q2 ſex⁹ mulieris ē debilior ⁊ ci 1

tius deficit.ꝛ iō citi⁹ ꝑficit.ſic in alijs videm⁹
2 ¶ Que ſunt illa que mlier nō pōt exercere.R
multa.Nō pōt predicare: nec docere publice.
xxxij.di.mulier.nec ꝯfeſſiones audire:nec aliiſ
bn̄diecere.vt in.c.noua.de pe.ꝛ re.Itē nec tan/
gere ſacra vaſa.xxiij.di.ſacratas.nec ſacratas
pallas ꝯtingere.nec incenſū circa altaria defer
re.vt in.d.c.ſacratas. Item nec actū alicuius
ordinis exercere.vt in.d.c.noua.ꝛ in.c.tanta.ď
ex.pre.ꝛ no.in.c.dilecta.de ma.ꝛ obe. Iteꝫ nec
iudicis nec magiſtratus gerere officiū: niſi in
caſibus de quib⁹in glo.xv.q.iij.§.i.nec poſtula
re:nec ꝓcurare niſi in ꝓpria cā ꝛ ſuoꝝ.vt no.
in.l.femine.ff.de re.iu.ꝛ.iij.q.vij.§.tria.xv.q.
iij.§.i. Itē nec teſtis eſſe.ď quo dic vt.j.Teſtis
§.v.nec pſonaliter poſſet trahi ad iudiciū cā fe
rendi teſtimoniū:aut alia qualibet cā que in iu
re non exprimiť contra eius voluntatē: ꝛ ſi eſt
religioſa nō poteſt etiā ſi vult trahi ad iudiciū
ex quauis cā pſonaliter.c.mulieres.de iudi.li.
vi.Item nec viri habitu vti ſub pena anathe/
matis.xxx.di.ſi qua mulier.Item nec accuſare
niſi in certis caſibus.de quibus.xv.q.iij.§.i.in
ter.ꝛ in glo.Item nō poteſt ſe obligare:ſeu ꝓ
priā ſubſtantiā pro debito viri niſi creditū ſit
conuerſum in ſuam vtilitatē.vt in aut.vt nul.
iudi.§.ꝛ illud No.Iteꝫ non debet incarcerari
vel detrudi pro aliquo debito.vt ibidem.

FEnus eſt vſura. ſed differt in h
ab vſura.q2 vſura ē lucrū
de capitali acceptum.Fenus No eſt lu
crum de vſura.Vnde Braciſmus.Eſt vſura
ſuos cum quis tradit mihi nummos.Sepe lu
cri fenus duplex vſura vocatur.Quod quideꝫ
fenus improbum exercentes ſunt infames.l.
improbum.C.ex qui.ca.infa.irro.De quo dic
vt infra Vſura.q2 cōmuniter vnum pro alte
ro accipitur.vt in.d.l.improbum.

FErie dicuntur q2 preſtant vacatio
nem ab his que fiūt in foro
iudiciali:ꝛ operibus ſeruilibus: quarū
alique ſunt ob reuerentiā dei introducte.vt in
c.conqueſtus.de ferijs.ꝛ.C.co.ti.l.dies feſtos.
Alie ſunt ob reuerentiā principis vel ciuitatiſ
vt dies natiuitatis ſue:vel dies ꝑncipij de im/
perio.C.eo.ti.l.oēs. Alie ſūt ad requiē laboris
vt tempus meſſium ꝛ vindemiarum. de qui/
bus in.d.c.conqueſtus.ꝛ.ff.eo.ti.l.i.
1 ¶ Vtrum partes poſſint renunciare dictis fe
rijs.R.q primis ꝛ ſecūdis nō:tertijs ſic: vt in
d.c.conqueſtus.ꝛ.xv.q.iiij.in ſumma.

¶ Vtrū nullo mō poſſit quis compelli ad iudi 2
cium in prefatis ferijs.R.q nō.niſi in caſibus
de quibus.ff.eo.l.i.ꝛ de quo in.c.vltio.de iudi.
ꝛ niſi neceſſitas vrgeat.puta q2 res erat peritu
ra.vt exempla habes in.l.i.ij.ꝛ.iij.ff.eo.ꝛ.l.i.ff.
de dam.infec.Aut pietas.puta cā debiliū vel
miſerabiliū perſonarum.d.c.conqueſtus.q2 in
operibus miſericordie non eſt habenda diſtin
ctio dierū.ar.lxxvi.di.vtinā de conſecra.di.v.
nunq̄ꝫ:ꝛ ſūma.Ratio eſt que pro religione fa/
cit.ff.de reli.ꝛ ſump.fu.l.ſunt perſone.
¶ Feſtū ſeu ferie ſolēnes:que in honorem dei 3
ſunt introducte:ꝛ in quibus abſtinendū eſt ab
opibus ſeruilibus q̄ ſunt.R.ſunt.j.ſcripta ꝑpo
ſita in.c cōqueſtus.de ferijs.f.Natiuitas dn̄i.
S.Stephani.S.Io.euange.Sctōꝝ Innocē
tiū.ſ.Silueſtri.Circūciſio dn̄i. Epiphania do
mini.Septē dies dn̄ice paſſionis.Reſurrectō
dn̄i cū.vij.diebus ſequentibus.Penthecoſteſ
cū duobus ſequentib⁹.Natiuitas bti Ioānis
baptiſte.Sctōꝝ.xij.apoſtoloꝝ.S.Laurentij.
purificatio Marie virginis.Annūciatio eius
Aſſumptio eiuſdem.ꝛ Natiuitas ipſius.dedi
catio ſancti Michaelis archangeli.Feſtū oim
ſctōꝝ.Dies dn̄ici. Omnes alij dies quos epi
in ſuis dioceſibus cū clero ꝛ populo duxerint
celebrandos.In.c.pronūciandū.de cōſe.di.iij.
vbi prefate ſolēnitates ponunť:adduť etiam
tres dies rogationū.Dedicatio cuiuſcūqꝫ ora
torij.Feſtū ſcti Martini pontificis ꝛ confeſſo
ris.In.c.crucis.d.nr̄i.de conſe.di.iij.ponitur.
Feſtū inuentionis ſancte cruciſ.In cle.ſi dn̄m
de reli.ꝛ ve.ſan.poniť feſtū corporiſ xp̄i.Adde
ſm Io.an.quē ſequitur.d.Anto.ꝛ etiaꝫ Pa.
in.d.c.conqueſtus.cum non reprobet feſta q̄t/
tuor doctorū eccleſie.Sed in iſtis ꝛ oibus aliiſ
predictis ſtandum eſt conſuetudini ſm Ho.ꝛ
Pa.in.d.c.conqueſtus.Similiter de feſto ſcti
Bartholomei quo ad diem in quo fiat.c.conſi
lium.de obſer.ie..Vnde hodie dies paſſionis
ꝛ ſeptimana reſurrectionis ꝛ dedicationiſ ora
torij.ꝛ quattuor doctorū ꝛ euangeliſtarū non
ſeruanť.Sed limita vt videlicet intelligamus
q conſuetudo deroget prefatis feſtiuitatibus
dūmodo non ſit dn̄icus dies. vel eo maior ſicͭ
eſt feſtum natiuitatis dn̄i:reſurrectionis:aſcē/
ſionis:penthecoſtes:ꝛ epiphanie.vt in.c.licet.
de ferijs. dicitur in glo. quā ſequunť doc. vbi
addit Io.an.aſſumptionem virginis glorioſe
ar.c.fi.de ſen.ex.li.vi.q2 non credo valere con/
ſuetudinem in contrariuꝫ:cū videantur quaſi

iuris diuini. vt patet in.d.c.licet
4 ¶ Vtrū cōſuetudo poſſit alias a prefatis fe-
ſtiuitates introducere: ita q̄ de precepto tene-
amur ad illa. R. q̄ ſic. ſicut poteſt facere aliam
legem ꝛ q̄n ſit vide. ſ. Conſuetudo. §. ij.
5 ¶ Vtrū ep̄s cū clero ſolū poſſit inducere feſtū
R. q̄ nō. ſed oportet q̄ faciat cū pplo. vt. ſ. pꝫ.
6 ¶ Feſtū imaculate conceptionisglorioſe vir-
ginis m̄ris dei Marie. lꝫ eccleſia romana anti
quitus nō celebrauerit. vt pꝫ p Tho. in. iij. pte
q. xxvij. ꝛ p. S. Bonauen. in. iij. di. iij. ꝛ p glo.
de cōſe. di. iij. in. c. pnūciandū. q2 eius puritas
nōdū erat reuelata: tñ hodie de ipſa cōceptiōe
facit ſolēne officiū ꝛ feſtū cū largitione indul-
gentiarū que in feſto corporis xp̄i ſūt date illiſ
qui interſunt diuinis ꝛ hoc ppter multa mira
cula p que manifeſtū eſt q̄ ſine pctō originali
fuit concepta. Et iō hodie ad euitanda ſcanda
la precipit ſub pena excōicationis late ſenten-
tie a qua nō poſſint abſolui niſi a romano pō-
tifice: preterq̄ in mortis articulo oībus cuiuſ-
cunq̄ ſtatuſ: gradus: ordinis ꝛ conditionis fu
erint: ne de cetero auſu temerario preſumant
in ſermonibus ad populuꝫ: ſeu alias quomō-
libet affirmare q̄ tenentes virginē eſſe preſer-
uatā a pctō originali in ſua conceptiōe polluā
tur labe hereſis vel mortalis pcti vel feſtū eiuſ
dem conceptionis celebrantes: neq̄ tenere li-
bros vel legere aut habere p veris hoc conti-
nentes. Similiq̄ pena etiā ligant qui auſi fue
rint aſſerere q̄ contrariā opinionē tenentes. ſ.
q̄ ſit concepta in peccato originali incurrant
hereſim vel mortale peccatū. hec habent in ex-
traua. Sixti quarti. que incipit. Graue nimis
7 ¶ Quid de iſtis feſtis. S. Antonij. S. Nicho
lai. S. Catherine. ꝛ hmōi que ex conſuetudine
celebrant. Ignorat tñ an ex tali conſuetudine
ſint introducta q̄ habeant vim legis pceptiue
R. q̄ nō credo peccare mortaliter nō ſeruātes
niſi eſſet ſcandalū. Rō q2 non ſunt introducta
vt de precepto: ſed ex deuotione. Vbi aūt eſſet
ſcandalū. ſic ibi ē ꝯſuetudo obligatoria. ex q̄ tā-
din eſt q̄ eſt preſcripta: ꝛ reputat obligatoria
8 ¶ Qñ incipit dies feſtus: vide. ſ. dies in prin.
9 ¶ A quibus eſt abſtinendū dieb⁹ feſtiuis pre-
dictis. R. q̄ ab oī opere ſeruili: nō ſolū pcti: ſed
etiā mechanicis vt agricultura. vt dr̄ in. c. lꝫ.
de ferijs. Pro cuius intelligentia eſt notandū
ſm Ri. in. iij. di. xxxvi. ar. iij. q. iiij. q̄ opus ſer
uile dr̄ triplicit. Aliqñ materialiter ſolū ſed for
maliter liberū. vt verbi grā ſcribere nō ppter
tpale lucrū: ſed ad edificationē aīaꝝ ppter di-
uinū cultū ꝛ huiuſmodi. ꝛ iſtud non prohibet
imo conceditur. vt pꝫ in. d. c. conqueſtus. vbi cā
4 ¶ Quid de eo q videns latronẽ clamauit:ex q̊ clamore captus fuit ⁊ occiſus latro. R.q̄ ẽ homicida ⁊ irregularis: vt tʒ Inno. ⁊ Ho.⁊ ſequitur Pa.i.d.c. ſignificaſti.el.ij. ẽt ſi nõ habuit aĩm ad mortẽ:q2 debuit cogitare de homicidio qđ cõiter ſequit̃ in tali clamore. Et hoc credo verũ ſm Pa.ibidẽ:ſi cõiter ſequit̃; al's nõ: ex quo aĩum nõ habuit vt occideret̃. Sil'r nõ eſt irregularis.qñ clamauit pro ſua liberatione:q2 ille volebat eũ interficere. Secus ſi pro rebus vel alijs.vt.j.dicet̃ Homicidiũ.iij.

5 ¶ Quid de ludente cũ pregnante q̃ diſpergit̃. R.ſm Jo.an.⁊ ſequit̃ Pa.in.c.ſicut ex lraruʒ. co.ti.ſi ꝯditio ludi erat gracilis ⁊ lud⁹ fuit licitus rõne pſone:vt q2 maritus ſr̃ vl' alia pſona ꝯiuncta nõ erit irregularis: q2 nõ eſt in culpa aliqua.eo q̄ ludus leuis nõ eſt ꝓhibitus in p̃gnante: dũmodo pſone cõueniat ludenti cum ea.al's ſic.

6 ¶ Quid de clerico vel' quocũq3 alio qui implorat officiũ iudicis ꝓ recuperandis ſuis rebus lʒ ſciat ꝓ certo q̄ ſine ſanguinis effuſione nõ poterit recuperare. R.q̄ nõ eſt irregularis ſm Jo.an. Et eſt tex.i.c.ij.co.ti.li.vi.dũmõ p̃mittat proteſtationẽ q̄ nõ intẽdit ad vindictã ſãguis.⁊ h̃ tenẽ.lʒ Din.tenuerit ꝯriũ:q2 ita declaratũ eſt in.d.c.ij. Et credo verũ qñ alio mõ nõ põt recupare. Et ſic itellige p̃fatũ.c.ij.qñ mortẽ nõ intendebat ſed recuperationẽ ſuã:q2 ſi itentio erat maculata erit irregular̃:ſi mors vl' mutilatio eſt ſecuta ſm Ho. Et ſic intellige.c. ex lr̃is.de exceſ.prela.⁊.xxiij.q.v.c.ij.de pe.di.i. c.periculoſe. Idem tene ẽt ſi furem capiat ⁊ iudici tradat ſm limitationẽ predictam.

7 Quid ſi poſt ſuſpẽſionẽ ſeu occiſionẽ letet̃ ⁊ h̃eat ratũ. R.q̄ nõ erit irregularis:q2 lex ꝓmotionis attendit factum.xv.q.i.c.fi.

8 ¶ Quid de ſacerdote qui ꝓ edificatione eccl'ie vel domus aduocauit aliquẽ in adiutoriũ qui a caſu interijt. R.q̄ non eſt irregularis ſi nihil de contingentibus omiſit.c.fi.eo.ti.

9 ¶ Quid de ludẽte cũ alio q a caſu occidit ſociũ R.q̄ ſi ludebat cũ pſonis cũ q̄bus erat licitũ ⁊ ludo licito ⁊ veriſil'r ex ꝯditiõe ludi talis caſus euenire nõ debebat nõ eſt irregularis:vt pʒ in c.lator.eo.ti.vbi clericus ludens cũ clerico qđ lʒ ⁊ nihilomin⁹ vnus ipſoꝝ alterũ accipiens ⁊ ꝓſternẽs ad terrã cultellũ ſibi infixit et mortu⁹ eſt:⁊ tñ ꝓſtratus nõ eſt irregularis: q2 cõditio ludi nõ erat ꝓſternẽdi:⁊ ideo nõ fuit in culpa ſed ꝓſternens. Si vero nõ ꝯſiderauit ꝯditionẽ ludi ex q̃ tale qd euenire poterat erit irregular̃ vt in.c.ꝯtinebat̃.eo.ti.vbi volẽs equitare ſup ſociũ q habebat falcẽ in latere occiſus eſt.⁊ ſocius eſt irregularis.q2 ꝯditio ludi erat vt q tetigiſſet baculũ alterius ſup eũ equitaret. Et ideo

debebat deponere falcē:ex quo ludi iſta erat cō
ditio. Si tñ prohibuiſſet ne eū equitaret. tenet
Pa.in.d.c.q nō eſſet irregularis. Ho.tñ ⁊ alij
tenent q ē propter ludi conditionē: q potuit
euenire. Sed Pa.opinio magis placet:pōt tñ
eps diſpenſare in caſu quo efficitur irregularis
vt in ſubdiaconatus officio miniſtret ſi ſubdi-
aconus erat vt in.d.c.continebatur.

10 ¶ Quid de eo qui dat poculū amatoriū.ex quo
ſequitur homicidiū q̄uis nō intēderet. R. q ho-
micida ē ⁊ irregularis: vt no. Pa.in.c.ſi aliqs
eo.ti. Facit.l. ſi quis aliquid.§. qui abortionis
ff.de peniſ. Rō q dat operā rei illicite. Secus
ſi ñ ſequitur homicidiū:puta q fetus nōdū erat
formatus:q lȝ peccet mortalit quicūqȝ dat aliqd
ad potādū vel ex libidie vel odio ⁊ hmōi.vt ñ
poſſit gnāre aut ↄcipe vl naſci ſoboles ↄcepta
vt pȝ i.d.c.ſi aliqs.tñ irregularis ñ ē: vt ibi glo.

11 ¶ Quid de eo q inſequēs aliū qui ex fuga ceci
dit ⁊ mortuus eſt. R. q eſt homicida ſi fugiens
timebat de graui malo ſibi infligendo niſi fu-
geret. Secus ſi de leuit cā ludi. Vñ Pa.in.c.
exhibita eo.dicit q ſi qs ꝓijcit lapidē:vt aliuȝ
ꝑcutiat:dūmō ꝑcuſſio non poſſit eſſe grauis:⁊
alius ne ꝑcutiatur fugiens cadat ⁊ occidatur non
erit irregularis:vel ſi proijceret lapidē a remo
tis ⁊ alius timens fugeret ⁊ corruens interiret
ſilr nō eſt irregularis. Secus ſi vt grauiter p-
cuteret:vel iactus potuiſſet grauē ꝑcuſſionem
facere niſi alius fugiſſet:q tūc tenetur de homi-
cidio:q tūc notius eſſet ludus etiā in pueris.

12 ¶ Quid de illo puero qui veſicaȝ porci inflatā
violenter frangens ex terremotu muliere gra
uida expauefacta fugiens diſperſa eſt. R. q nō
eſt homicida:nec irregularis p doctrinā Pa.
in.d.c.exhibita.q̄uis Inno. Abbas:⁊ Vin. vi
deantur ſentire q tam in iſto q̄ȝ in p̄cedenti im
putetur ei homicidiū. Sed mihi videtur durū nec
tex.in.d.c.videtur velle. vñ nō quelibet cā dȝ at-
tendi ſed ꝓpinqua ad hoc vt ſit irregularis. Fa
cit.ff.ad.l.cor.de ſicca.l.nihil intereſt.i glo. Nō
eni q faber facit cultellū ē homicida: ſi tñ aīo
nocendi facit ⁊ minorē diligentiam adhibuit
tunc cōſideratur cā remota ſm Ber.in.c.⁊ cete
ro.⁊.c.preſbyteroꝝ.de homi. Vnde cum quis
percutit alium vulnere nō mortifero:tñ ex im
peritia medici vel incuria vel expoſitione ad
labores ⁊ ſudores ille moritur non eſt irregularis
ſm Ber.in.c.exhibita.de homi.

13 ¶ Quid de clerico qui venando vel ſe exercen
do iaculū proiecit ⁊ aliū a caſu interfecit. R. q
tenetur de homicidio ⁊ eſt irregularis ſiue adhi
buerit diligētiā vel ne: q dabat operā rei ſibi
illicite.c.hi qui arborem.§.ſi vo.l.di.

¶ Quid de cuſtodientibus infirmos q ad eoꝝ 14
petitionē dederūt ei vinū vl aliquid hmōi. R.
q ſi certū eſt eos mortuos ꝓpter hoc. ⁊ ipſi ñ
potuerūt p̄uidere q irregulares ſunt:nō dñt
tñ facere ſibi hanc conſcientiaȝ q propter hoc
ſint mortui ſm Rodo.qñ bono aīo id fecerūt:
niſi ſit euidens culpa vel diſſoluta negligentia.
Et ſi habent conſcientiam dñt deponere ad cō
ſilium boni viri:niſi contra preceptum medici
expreſſe dediſſent: q ñ excuſarentur: vt no.i.d.c.
tua nos.de homici. Idem dic de vertentibus
infirmos vnde vel apoſtema frangitur vel an
helitus obturatur ⁊ ſuffocatur.

¶ Quid de parentibus qui a caſu ꝓprios filios 15
occiderūt. R. ſi ex culpa graui vel leui tenentur d
homicidio:vt pȝ in glo.c.ſi.de his qui ꝓpri.ſi.
occi. Nā datur eiſ ꝓ culpa graui pnia.vij.vel.v
annoꝝ. Pro leui triū. Si aūt nulla culpa p̄ce-
ceſſit:nō tenentur. Nō tñ ſm Ho.⁊ Pa.⁊ alios
doc.in.d.c.ſi.q ſi culpa ſit occulta ſiue grauis
vel leuis nō dȝ dari pnia publica.ↄ qd faciunt
multi qui imponunt publicam pniam:de qua
in.c.i capite.l.di.⁊ male.q fieri ñ dȝ talis pnia
niſi crimen adeo fuerit graue q totā cōmoue-
rit vrbē.vt in.d.c.in capite. Collocare tñ apud
ſe filios tenellos parentes nō debent aliter ſūt
in culpa.ij.q.v.ↄſuluiſti:⁊ eis imputatur homici
diū ſi ſequitur:niſi forte ita pauperes eſſent q
nō poſſent eos pannis fouere contra frigora:
q tunc tenendo apud ſe in lecto ſi debitam fa-
ciunt diligentiā in reliquis non tenentur aliqua
culpa:q duobus malis cōcurrentibus minus
eligitur.xiij.di.nerui.⁊ iō ſi eſt minus periculū col-
locare penes ſe q̄ȝ aliter tenere excuſantur.

¶ Quid de tenentibus aīalia que aliquē inter- 16
fecerunt. R. ſi nō fuerunt in aliqua culpa nō te
nentur de homicidio:alſ ſic.puta q erāt ferocia
⁊ non tenuerunt ligata ⁊ huiuſmodi.ar.c.hi q
arborem.⁊.c.ſepe.l.di.⁊ qd nō.in.c. de occiden
dis.xxiij.q.v. Et hoc tene ſm Ho.lȝ Inno.in
c.ad audientiam.de homi. videatur tenere q
nullo modo ſit irregularis.

¶ Quid de illo qui vocat milites ad defenſio- 17
nem ſui iuris ſi aliquis ibi occidatur. R. non te-
netur de homicidio:vt in.d.c. de occidendis.⁊
q.iij.eadem cauſa.c.maximianus.

¶ Quid de medico cui preter volūtatē infirmus 18
mortuus ē i manibus ſeu ſub cura. R. ſi iſta q̄ttuor

cõcurrãt nõ ḃ; culpã. Primũ ꝙ iſtud offm̃ ſi/
bi ↄueniebat:q² nõ erat ei ꝓhibitũ exercere ſic̃
eſt clericis ꝛ religioſis cirogiã in.c.ſniam.ꝛ.c.ñ
magno.ne cle.vel mo. Secundũ ſi erat peritus
in arte. Tertiũ ſi exhibuit omnẽ diligẽtiã ẜm
artem. Quartũ ſi informauit de his que ſunt
ↄ̃ria egritudini infirmi. Nã iſtis ſeruatis non
imputat̃ ei homicidiũ.ita no. Pa.in.c.ita vos
eo.ti.al's tenet̃.de eta.ꝛ quali.c.ad aures.

19 Quid de eo q impellit̃ in aliũ ꝛ ille morit̃ vel
de eo qui declinãs eũ qui volebat pcutere per/
cuſſus eſt alius ex tali declinatiõe ꝛ occiſus. R.
ẜm Hu.in.c.ſepe.l.di.non eſt irregularis: nec
homicida:niſi in fraudem fecerit.

20 Quid de eo q mandauit aliquẽ verberari in
bibendo ne interficiat vł mutilet. R. ſi manda
tarius interfecit vel mutilat ſeu interficit̃ vel
mutilat̃ ꝓpter talem percuſſionẽ faciendam.
Homicida iudicat̃ mandator:q² mãdando in
culpa fuit.c.is qui.eo.ti.li.vi. qm̃ veriſilr̃ hoc
poſſit euenire debuit cogitare ibidẽ. Idem dic
de eo qui mandat aliquẽ capi:qñ veriſilr̃ mors
poterat ↄtingere.ꝛ hoc quo ad eũ qui iuſte ꝛ ex
officio mandat. Secus in alijs q² qualitercũq;
mors ſequatur irregulares ſunt q̃uis veriſi/
militer non debebat euenire.

21 Quid de illo qui volenti fugere inimicos pp
timorẽ mortis ↄſuluit vt remaneret ꝛ pacẽ ꝓ
curaret ꝓpter qd̃ remanſit ꝛ occiſus eſt. R. nõ
tenet̃ qñ bono aĩo fecit hñs ꝓbabile; cãm cre
dendi ꝙ ex remanſione nõ imineret periculu;
puta q² inimici erãt ei⁹ conſanguinei vel tales
amici ꝙ eos poterat cohibere. Secus eſſet ſi ñ
habuit ꝓbabilẽ cauſam credendi vel ſi habuit
non tñ fecit quantũ potuit: q² ſic imputaretur
ei homicidiũ:vt in.c.tua nos.eo.

22 Quid de eo q miſit puerũ ad aquandũ equũ
monẽs vt caueret a flumĩe q ſubmerſus ẽ. R.
ſi rõnabilr̃ poſſat dubitari ẽ irregular̃ aliť nõ.

23 Quid de illo qui cũ corrigia q̃ habebat gla/
diũ verberans famulũ interfecit. R. ꝙ eſt irre/
gularis:q² probabiliter debebat credere occaſi
onem non remouendo gladiũ.

24 Quid de illo qui interrogatus de malefacto
re ipſũ eis oſtendit. R. ſi ꝓbabiliter potuit co/
gitare ꝙ ad mortẽ eũ quererent eſt irregularis
al's nõ. De hoc etiã habes.ĩ. Irregularitas.in
pñ. Et ibi vide multos caſus.

# Homicidium iij.cõmittit̃ neceſſitate.

ſ.defenſionis:que quando ꝛ quomodo
liceat.vide.ſ̃.defenſio.

Quid ſi violentia infert̃ rebus ſolũ. Utrum 1
occidens pro ipſis ſaluandis excuſet̃. R. Pa.
in.c.ſignificaſti.el.ij.eo.ꝙ nõ clericus nec ẽt ꝓ
ipſis recuperandis:vt in.c.ſuſcepimus.eo. Si
xpo eſt laicus de iure ciuili eſt clarũ ꝙ põt im/
pune occidere ſi aliter ſaluare ñ poterat eas.vt
in.l.furẽ.ff.ď ſicca.ꝛ in.l.itaq;.ff.ad.l.aqui.ꝛ h
habebit locum in oĩ foro contentioſo ſeculari.
Sed quo ad irregularitatẽ tam clericus q̃ lai
cus occidens vel mutilans ꝓ ipſis ſaluandis
erit irregularis.vt p; in.c.ſuſcepimus.eo. Nõ
glo.xxiij.q.iij.in prin. An autem peccet morta
liter occidendo pro rebus ſaluandis: dic vt.ſ̃.
defenſio.§.iij.ꝛ.v.

Quid ſi violentia infert̃ pſone ſolũ: vel pſo 2
ne ꝛ rebus ſimul. R. Pa.in.d.c.ſignificaſti. ꝙ
aut põt euitare fugiendo aggreſſorẽ:ꝛ ſic cleri
cus tenet̃ fugere p.d.c.ſuſcepim⁹. In laico xpo
Bar.in.l.i.C.vñ vi.videt̃ tenere ꝙ nõ tenet̃ fu
gere:q² fuga eſt iniuria.vt.l.ita apud labeonẽ.
ff.de iniur.ꝛ dicit Cy.in.l.ſi ex plagijs.§.taber
narius.ff.ad.l.aquil.ꝙ fuga reddit fugientẽ vi
liorẽ. Ergo ſicut l; pro iactura rerũ multo ma/
gis ꝓ iniuria corporali q̃ eſt maior iniuria.l.in
ſeruoꝝ.ff.de peniſ. Tu dic ꝙ ſiue in clerico ſiue
in laico ſi põt fugere nõ licet occidere vel muti
lare:aliter incidit in penã irregularitatis ẜm
Ray.ꝛ Ber. Hoſ.tñ t; ꝙ poſt peractã pñia;
poterit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare ſine
diſpenſatiõe:ſed nõ aſcẽdere ad maiores.ꝛ ita
intelligit.c.de his clericis.l.di. Si xpo aliter nõ
põt effugere nec euadere:niſi mutilet vel occi/
dat:ſic licite tã clericus q̃ laic⁹ occidit vel mu/
tilat ꝛ ſine oĩ pena irregularitatis:vt in cle.vni
ca.eo.ꝛ ſine oĩ petõ ita ꝙ ſtatim pſ̃byter poſſ;
celebrare ẜ; Jo.ď ligna.tractatu de iuſto bello
Facit.c.olim.el.i.de reſti.ſpo.dũmodo non fa/
ciat aĩo vleiſcendi. Facit pro hoc.c.ij.eo.

Quid ſi interfecit pro defenſione pſone alte 3
rius quã aliter nõ poterat ſaluare. R. ꝙ l; hoc
poſſit ſine oĩ petõ qñ volebat iniuſte tale; pſo/
nã interimere:tñ irregular̃ efficit̃. vt nõ.in.d.
cle.vnica.eo.vide.ſ̃.clericus.x.§.vlti.

# Homicidium iiij.ſ.ſpũale cõmittit̃ in

aĩa ſolũ:multis modis. Primo prelat⁹
nõ arguens.xliij.di.ephcſijs. Scđo adducens
ſubditos in deſperationẽ ꝓpter auſteritatem
xlv.diſt.recedite. Tertio quicunq; defraudet
res eccľie.xij.q.ij.qui chriſti.ꝛ.c.qui abſtulerit.

Quarto nõ ſoluens legata defunctoꝝ.xiij.q.
ij.qui oblationes.cum duobus.c.ſe. ꝛ dicunt
mēbra diaboli.xij.q.ij.cū deuotiſſimā. Quito
de rebus alienis faciens elemoſynas.xiiij.q.v
imolans.xvi.q.i.decime. Sexto alios ad malū
ꝓuocans.de cõſe.di.iiij.queris.de pe.di.i.noli
Septimo decimas debitas non ſoluendo.d.c.
decime. Octauo ꝓuocans ad iuramentū quē
ſcit falſe iuraturū.xxij.q.v.ille. Nono odiū al
teri gerendo. de pe.di.i. homicidioꝝ.i. Jo.iij.
Decimo alteri detrahendo.d.c.homicidioꝝ.ꝛ
vi.q.i.ſumma iniquitas. Undecimo morienti
pniam negando.xxvi.q.vi.agnouimus. Duo
decimo de ſe malā ſuſpitionē dando.xi.q.iij.ñ
ſūt audiendi. Tertiodecimo oppreſſionē vl' in
iuſticiam:aut iniquitatē exercendo.de pe.di.i.
oīs. Quartodecimo cā libidinis explende vel
odij meditatione hoī vel mulieri aliquid faci
endo vel ad potandū dando:vt nõ poſſit gene
rare aut ꝯcipere:vt in.c.ſi aliqui.ð homicidio.

# HOmicidium

v.ꝗ ad pe
nā.ſ.irregu
laritatis:ꝛ al's de iure canonico. Vtrū
oīs homicida ſit irregularis. R. ꝙ ſic. quilibet
q occidit pꝰ baptiſmū p induſtriā ꝛ p inſidias
vt no. Pa.in.c.i.de homicidio,ꝛ ibi pꝫ ex tex.
ꝛ ēt ē irregularis oīs homicida volūtarie occi
dēs ſiue ex iuſticia ſiue legis aut canonis pmiſ
ſiōe:ſiue ex vindicta ſiue ſine pctō ſiue cū pctō
ſolūmõ excipit ille q occidit nõ valens alit' eua
dere:ꝛ h̄ intellige ſi hꝫ occidens vſū rõnis:qꝛ
oīs furioſus infans ꝛ dormiēs ſi occidūt non
ſūt irregulares.cle.vnica.eo.ti. Vñ iudex quā
tūcūqꝫ ex iuſticia ꝓcedit eſt irregularis.li.di.
aliquātos.ꝛ accuſator aut teſtis vel ēt notariꝰ
ſniam ſcribens vel ꝓferens aut atteſtationes
ſcribens vel legens dū publicant. Aduocatꝰ i
tellige ꝯ reū vel ēt ꝓ reo ſi mors infligat accu
ſator:aſſeſſor ꝛ qlibꝫ aliꝰ officialis in cā mort'
vel mutilatiōis mēbri irregularis eſt.vt no.in
d.c.aliquātos.ꝛ p totū.ex ne cle.vel mo,ſniam
ꝛ i glo.i ſūma.li.di. Et nõ ſolū qñ qs interficit
vel mutilat p ſe ſed ēt ex mādato:ꝯſilio:defen
ſione:pmiſſiōe:coopatiōe:aiatione:auxiliatōe
ſm ꝙ.ſ̄.in.i.c.hꝰ tituli declaratū eſt fore homi
cidas ſolū excipio ꝗ ad irregularitatē eū q non
obuiat cū poſſit:qꝛ lꝫ ſit homicida ſm ꝙ dixi.ſ̄
non tñ credo erit irregularis niſi ſm ꝙ.ſ̄.dixi
Homicidiū.i.§.xvij.qꝛ lex ꝓmotiōis factū re
grit.xv.q.i.ſi qs nõ iratꝰ. Et ꝓ his oībus facit
c.ſic dignū.eo.ti.ēt ſi occiſus vel mutilatus ſit
paganus.l.di.clericū. homicida vo caſualis in
caſu in quo ei imputat ſil'it irregularis eſt:al's
nõ. Et q ſunt dictū eſt in.ij.c.huius ti. Homi
cida ſil'iter ex neceſſitate nõ excuſat:niſi ꝓ cua
ſione ſue pſone:vt dictū eſt.c.iij.huius ti. Ho
micida vo ſpūalis nullo mõ irregular' efficit
per baptiſmū ēt tollit irregularitas homicidij
añ cõmiſſi.vt.ſ̄. Baptiſmus.vij.§.iij.

¶ Vtrū cū homicida voluntario ſolus papa 1
poſſit diſpēſare. R. ſm cõiter doc.in.c.ſicut di
gnū.eo.ti.ꝙ ſic.q̄uis glo.tenuerit ꝙ nec ēt pa
pa poſſit. Sꝫ tu tene cū cõiter doc.ꝙ põt.imo
dicit Pa.in.c.ego.de iureiur.ꝙ clerici pñt vti
armis ēt offenſibilibus de lnia pape qꝛ ſolū eſt
ꝓhibitū de iure poſitiuo.ſed eo inferior nemo
põt diſpenſare quātūcūqꝫ ēt ſit occultuſ.c.vlt.
de tempo.ordi. Vincentius tñ tenet ꝙ ſi oīno
occultū eſt:ꝛ egit pniam ꝙ nõ indiget diſpen
ſatione:qꝛ eccl'ie nõ eſt obnoxiuſ:qꝛ pctm̄ occul
tū.xxxij.q.v.chriſtiana.nec deo ꝓpter pniam ꝗ
ei ſatiſfecit. Et iõ celebrare põt ꝛ vti ordinibꝰ
ſine alia diſpenſatione. Lau. vo ꝛ Jo.ꝯcor.cū
Vin.ſi mõ diſpēſatio epī interuenit. Pa. vo
in.c.ex tenore.de tēpo.or.tꝫ ꝙ ſi eſt oīno occul
tū ꝓut occultū diſtinguit ꝯ ꝓbabile ſic reſpici
endo legē ꝓmotōis publicā ſic nõ indiget. Sꝫ
ſi aſpiciamꝰ ad legē ꝯſcie iformatā ex lege poſi
tiua:ſic indiget diſpenſatōe qð intelligo de diſ
penſatione nõ papali:ſed epali vt ſatiſfaciat
ꝯſcie. Et ad.c.fi.de tempo.or.qð videt contra
riū. Rñdet ꝙ loquit de diſpenſatōe nõ papali
ſed epi que ē neceſſaria:vt tꝫ Lau.ꝛ Jo.ꝛ videt
tenere ēt Pa.ne quis cõſtituat ſe iudicē in cā
ꝓpria exiſtimando oīno occultū qð forte non
eſt.qð not.qꝛ facit ad multa.

¶ Vtrū cū homicida caſuali q eſt in culpa infe 2
rior papa poſſit diſpenſare. R. Pa.in.c.cõtine
bat.eo.ti.ꝙ eps põt diſpenſare in minoribꝰ ſo
lū.vt in.c.ad audientiā.eo.ti. Archieps vo vt
cõmiſſarius pape põt in ſubdiaconatu tñ. In
diaconatu vo vl' preſbyteratu ſolus papa diſ
penſat:vt in.d.c.continebatur.

¶ Vtrū mutilatio mēbroꝝ extra caſū infirmi 3
tatis parificet quo ad pctm̄ mortale:ꝛ quo ad
irregularitatē ꝛ eius diſpenſationem homici
dio. R. gl.ſingularis in cle.vnica.eo.ti.ꝙ ſic.fa
cit.c.aliquātos.li.di.cum multis alijs ibidem.
ꝛ.c.clericis,ne cleri.vel mona.ꝛ.c.in archiepa
tu.de rapto.c.is qui de homici.li.vi.ꝛ alijs.al
legatis in dicta glo.

¶ Vtrū eps poſſit diſpenſare cū homicida cir 4

ca bñficiũ. ℞. ſm Ho. ꝙ circa ſimplex põt. ſed
circa curatũ nõ. ſed ſolus papa. ar. c. fi. de fili.
preſby. No. Pa. in. c. fi. de pu. in duc.
5 ¶ Quid ſi nõ mutilat ſed debilitat an ſit irregu
laris. ℞. Pa. in. c. de diacono. q cle. vel vo. qđ
nõ. ar. i. q. i. ſicut vrgeri: q; lʒ mẽbrũ debilitatũ
ſit quaſi inutile quo ad operationẽ: tñ valet ſal
tem ad decorem: ⁊ in penis facienda eſt mi-
tior interp̃tatio. ꝯcor. Gaſpar. in. d. c. diacono
In ꝯ̃rium tñ facit qđ not Cy. in aut. ſed nouo
C. de ſer. fugi. Unde Bar. in. l. ij. ff. de pu. iudi.
in fi. dicit ꝙ mutilatio ꝓprie eſt: qñ mẽbrũ ledi
tur: ita ꝙ nõ põt exercere ſuũ officiũ. Hoc pro
batur in. l. ideʒ ophilius. in prin. ff. de edil. edi.
Truncatio vero eſt qñ ex toto abſcindit̃ mẽbrũ
d. cle. vnica. Non dicit truncat ſed mutilat. Et
ĩo intellige ꝙ nõ eſt irregularis: qñ quis non
debilitat ex toto: ſed qñ ex toto: ita ꝙ nihil põt
facere: ſic teneo ꝙ ſit irregularis p. d. cle. vnicã
⁊. c. qui percutit. xxiij. q. vlti.
6 ¶ Utrũ truncatio vl̃ mutilatio digiti inducat
irregularitatẽ. ℞. do. Cardi. in cle. predicta. ꝙ
nõ: ſed cum fit in principalibus membris ſm
Landul. all̃. c. i. de cle. pug. in duc. qđ loquit̃ de
mẽbro. Pro quo not. ꝙ mẽbrum proprie ſum
ptum ⁊ ſtricte eſt ſm Bar. ⁊ Jo. de imo. in. l. ij
circa fi. ff. de publi. iudi. pars corporis habens
officiũ ſeparatuʒ ⁊ diſtinctum ſicut manus ad
palpandũ ⁊ pes ad ambulandũ. Facit. c. ſingu-
la. lxxxix. di. iũcta glo. Facit tex. in. d. c. ſicut vr-
geri videor: ⁊ in auten. predicta. ſed nouo iure.
Digitus aũt non eſt proprie mẽbruʒ: ſed pars
membri ſeu officium membri: vt i. l. nõ ſunt li
beri. ff. de ſta. ho. ⁊. d. l. idem ophilius. Et ideo
optime tenendum non eſſe irregularem talem
truncatorem vel mutilatorem.
7 ¶ Qua pena punit̃ pater qui occidit filium vl̃
filius q occidit patrẽ. ℞. Pa. in. c. i. de his qui
fi. ꝓ. occi. ſm leges ponat̃ in ſacco de corio cuʒ
cane ſimia vipera ⁊ gallo. ⁊ ſic proijciat̃ in flu-
mine. Si nõ habet̃ portatur in inſulã a feris
deuorandus. l. vnica. C. de his qui pa. vel fi. ꝓ.
occi. ⁊. l. i. ff. ad. l. pom. de paricidis.
8 ¶ Qua pena puniunt̃ alij homicide. Clericus
dʒ deponi ⁊ ſine alia incorrigibilitate tradi cu
rie ſeculari: hoc intellige qñ volũtarie occidit.
Si vero a caſu. tunc glo. in. c. fi. de illis qui fi. oc
ci. dicit. ꝙ ſi a caſu nulla culpa p̃cedente: ſic nul
la penitentia imponit̃: niſi forte ad cautelã: q;
bonaꝝ mentiũ eſt culpã agnoſcere: vbi culpa
nõ eſt. c. ꝯſiliũ. §. ij. de obſeruã. ieiu. xxv. di. ad
eius. ⁊ de pe. ⁊ re. c. queſitũ. Si vero culpa prece
dente: dic vt. s̃. Homicidium. ij. §. xv.
¶ Ad quid tenẽtur homicide: vide. j. Reſtitu- 9
tio primo. in. v. homicida.

Homo cõſtituit̃ ex aĩa ⁊ corpore
altero iſtorũ deficiente ñ
eſt homo. vt patet ex. c. cuʒ chriſtus. de
here. ⁊ in. c. in quadam. de cele. miſſ. ⁊ in. c. ſicut
de homici.
¶ Utrũ liber hõ poſſit dari in pignus ⁊ in ſub 1
ſidiũ aliarũ rerum deficientiũ. ℞. ꝙ non. Facit
c. lator. de pigno. imo perdit recipiens eũ in pi
gnus debitũ: ⁊ tantundẽ de ſuo dare tenet̃ de-
tento vel eius parentibꝰ: vt no. glo. in. c. ex reſcri
pto. de iureiu. ⁊. C. de act. ⁊ obli. autẽ. oĩo. Ubi
dr̃ ꝙ quadruplum reſtituat. Rõ q; illa que nõ
ſunt in noſtro cõmertio obligari non poſſunt
l. i. §. eam rem. ff. que res pigno. Sed liber hõ
non eſt dñs membrorum ſuoruʒ. l. liber homo.
la. i. ff. ad. l. aquil. Et ideo pulchre dixit Bal. in
l. ij. C. de patribus qui fi. diſtra. ꝙ illa. l. ij. habu
it ortum a legibus antiquis ſm quaſ pater po
terat occidere filios. l. in ſuis. in fi. ff. de li. ⁊ po.
que hodie eſt correcta. Et ideo ſolum permitti
tur venditio cauſa paupertatis ſeu egeſtatis vi
ctus: quia filius ſic venditus poteſt ſe redime-
re precium offerendo ipſe vel alius pro eo vel
mancipium. vt in dicta. l. ij.
¶ Utrũ liber hõ poſſit dari in obſidem. ℞. ꝙ 2
de iure ñ põt niſi p papã ⁊ imperatorẽ: vt no.
in. l. obſides. ff. de teſta. ⁊. l. diuuſ. ff. de iure fiſci
⁊ p eũ qui non recognoſcit ſuperiorem: vt no.
Bar. in. l. famẽ. ff. de publi. iudi. ⁊ in. l. hoſtes.
ff. de cap. ⁊ in. l. i. §. de qua. ff. de poſtulat. Tñ de
conſuetudine vſurpatũ eſt contrariũ ſm glo. i
l. ij. C. de patribus qui fi. diſtra. Et ſic de facto
ſeruat̃: vt etiã ciuitas que recognoſcit ſuperio
rem det obſides ⁊ alij ſimiles ⁊ habet talis cõ
ſuetudo vim legis. l. de quibus. ff. de legi. imo
videtur licere de iure cõi dare obſides pro pa-
ce ſeruanda ſm glo. in. c. vt pridem. xxiij. q. viij
ſed non ꝓ pecunia. vt in. d. c. ex reſcripto. ⁊. d. l.
ex reſcripto. ⁊. d. l. i. q; liber homo nõ poteſt ob
ligari pro pignore. nec poteſt haberi in eo ius
pignoris: ſed tñ ius retentionis.

Honeſtas requiritur in oĩ ne
gocio: q; eſt vnuʒ
preceptũ iuris. inſti. de iuſti. ⁊ iur. §. iu
ris precepta ſũt hec: honeſte viuere ⁊c̃. In ma-
trimonijs. ff. de ritu nup. l. ſemp. in coniunctio
nibꝰ. nõ ſolũ qđ liceat cõſiderandũ eſt. ſed ⁊ qđ

honeſtum ſit.hec ibi.Jn lege di.iiij.erit.aut.in voto.c.magne.de voto.Jn iuramento.xxij.q.v.de forma:nec fiſco rē quã vendit retractare ꝑmittit.ꝓpter honeſtatē.l.vlti.C.ne fiſcus rez quam ven.euin.l.x.Nec actio furti dat viro ꝯ vxorē:nec pri contra filiũ vel econtrario propter honeſtatem.ff.de furtis.l.ſi quis vxori.in ꝑn.⁊.§.i.C.de fur.l.fi.Nec arrogatio.l.nec ea.§.pe.ff.de adop.ꝓpterea dicit tex.in.l.ex dãni infecti.in prin.ff.de dãno infecto.honeſtꝰ modus ſeruandus eſt ⁊ non imoderata cuiuſcꝫ luxuria ſequenda eſt.propterea dr̄ in.l.filiꝰ.qui ff.de condi.inſti.Nam que facta ledunt pietatem:extimamus verecundiã nr̄am.⁊ vt generaliter dixerim que ꝯ bonos mores fiunt:nec nos facere poſſe credendum eſt.hec ibi.

HOnor eſt maximum exteriorũ bonorum.vnde potentatus ⁊ diuitie propter honores deſiderabilia ſunt.iiij.ethi.

1 ¶Cui debetur honor.℞.ꝙ ſolum virtuti ſcḋm philoſophum.iiij.ethico.

2 ¶An ſit honor preferendus vtilitati.℞.ꝙ ſic ar.in.l.iulianus.ff.ſi quis ob.ca.te.

3 ¶Vtrũ poſſit appeti honor ſine pctō.℞.ꝙ ñ. Unde phus.iij.ethi.dicit ꝙ non ſunt vere fortes qui ꝓpter honores faciunt fortia.Nec ob.ꝙ honor eſt premiũ virtutis.iiij.ethi.⁊ ꝓpterea ſit appetibilis:q2 illud eſt verum qḋ eſt premiũ virtutis ex parte alioꝝ:qui.ſ.non hñt maius qḋ retribuãt.ꝓpterea dicit idē phus ibidē ꝙ honor eſt ꝓpter virtutem nō virtus ꝓpter honorē.Nec ob.ꝙ idez phus dicit ꝙ honorũ amator pluſq̄ꝫ oportet:vel vñ non oportet vituperabilis eſt.Ergo ſine pctō aliqñ poteſt appeti:q2 concedo qñ non propter ſeipſum appetitur:ſed ad gloriam ⁊ laudem dei vel ſalutem aĩarum.al's ſemper peccatum eſt.

4 ¶Vtrũ ſit mortale pctm̄ inordinatus appetitus honoris.℞.ꝙ ſic.ſcḋm q· ambitio eſt mortale peccatum:de quo vide ambitio:al's non

5 ¶Vtrũ oblatus honor ſit ſuſcipiendus.℞.ꝙ nō.niſi ſcḋm ꝙ dr̄.i.q.i.non eſt in fi.Quiſqs igit ſacerdotiũ non ad elationis pompam:ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat prius vires ſuas cum eo ꝙ eſt ſubiturus honore metiat vt ſi eſt impar abſtineat:⁊ ad id cũ metu etiaz cui ſuffi cere exiſtimat accedat.hec Grego.

6 ¶Vtrũ querenti ſit dandus.℞.ꝙ nō.imo auferendus.vt.i.q.vi.c.ſicut his.Fugienti vo ē dandus ibidem.⁊.viij.q.i.in ſcripturis.

7 ¶Vtruz doctor qui in docendo principaliter querit ſuũ honorez peccet mortaliter.℞.Henri.de ganda.i.quol.q.xxxiiij.ꝙ qui vtit aliquo principaliter ad qḋ non ordinatur in quo deũ contēnit peccat mortaliter.Et ſic concludit ꝙ doctor qui principaliter querit honorem ſuuz in docendo:⁊ ſic prefert honorem ſuum honori diuino peccat mortaliter.q2 vt dicit Augꝰ.li.i.de doctrina chriſtiana:ad fidez:ſpem:⁊ charitatem tota militat diuina ſcriptura que principaliter ordinatur ad honorē dei.Jn quo deꝰ contēnitur ſi principaliter ad alterius honorē ordinetur.Sed ſane intellige ⁊ limita verum quando legit aliquid quod eſt principaliter ordinatũ ad honorem dei.vt cum predicat ⁊ huiuſmodi.q2 ſecus credo quãdo legit aliquid qḋ non eſt principaliter ad honorē dei vt ſunt leges ⁊ multe ſcientie que ad pacem hominũ ⁊ vtilitatem principaliter ordinantur:q2 tũc nō contēnitur deus.Et ſic non erit mortale pctm̄ ⁊ de hoc vide vana gloria.

HOra canonica ꝓut hic accipio eſt officiũ diuinũ certa hora diei naturalis deo ꝑſoluendũ ab eccleſiaſticis ꝑſonis.

¶Quot ſunt hore canonice.℞.ſcḋm glo.in cle.i.de cele.miſ.ꝙ ſunt.vij.ſ.matutinũ:prima:tertia:ſexta:nona:veſpere:⁊ completorium. 1

¶A quibus debent dici.℞.ꝙ ab oībus eccleſiaſticis perſonis.Facit.c.fi.xcij.di. 2

¶Vtrũ omnes eccleſiaſtici teneantur de precepto ad omnes horas canonicas dicendas.℞.ſcḋm gloſa.in.d.c.fin.ꝙ ſic.⁊ eam videtur ſequi Jnno.in.c.i.de cele.miſſa.Sed doc.cōmuniter in.d.c.i.dicunt ꝙ nō omnes tenentur.Sed ſolum triplex genus eccleſiaſticorum.Primũ genus eſt illorum qui ſunt beneficiati.hoc patet ꝑ.d.c.fi.vbi dicit eccleſie deputati.ſ.per beneficium:⁊ ſic ſoluitur opinio glo.predicti.c.fi.Facit.c.cum ſcḋm.de preben.Secunduz genus ſũt exiſtentes in ſacris:lꝫ non ſint beneficiati:probatur per.d.c.primum.⁊ in.c.dolentes.co.ti.⁊ quod ibi no.Et q̄uis Pa.in.d.c.i.dicat eſſe tutius qḋ etiam exiſtentes in minoribus q̄uis non ſint beneficiati teneant:ex quo in partem dñi ſunt aſſumpti:tamen ego non credo niſi de bono conſilio.Tertiũ genus eſt illorum qui per profeſſionem vel votuz ad id faciendũ ſe obligauerunt.c.licet.de voto. 3

¶Vtrũ clericus beneficiatus exiſtens in minoribus cum eſt abſens ex cã legitima ⁊ deſer 4

uit eccleſie per vicarium teneatur ad horas ca
nonicas.R.ſm Pa.in.d.c.i.q ſic. ⁊ hoc eſt de
mente Innocen.in.d.c.i.Jo.an.⁊ eſt tutius. lʒ
Abbas ⁊ quidam alij dicant q non tenetur:
quos credo dicere verum ſi nullam vtilitatem
in abſentia reciperet ab eccleſia:al's non eſt ve
ra opinio:cum non ſolum beneficium detur:
vt ſeruiat eccleſie.ſed etiaʒ vt oret pro his qui
beneficium conſtituerunt. Concor. cum hoc
Car.in.d.cle.prima.

5 ¶ Utrum clericus excõmunicatus teneatur
ad horas.Reſpon. q ſi eſt minori excõmuni-
catione innodatus poteſt ⁊ debet dicere etiaʒ
cum alijs ſm q infra dicam. Si vo eſt excõ-
municatus maiori excõmunicatione:ſic ſolus
tenetur dicere ſine.Dñs vobiſcum.⁊ etiaʒ de-
gradatus ſi eſt in ſacris:vel ſi non eſt in ſacris
ſi tamen tenet beneficium. Facit quod legitur
⁊ no.in.c.legi.xvi.q.i.in prima glo.⁊ concor.cõ
muniter doc.in hoc.

6 ¶ Utrum papa poſſit diſpenſare vt prefati ñ
teneantur ad horas canonicas.R.ſm Pa.in
dicto.c.i.q non. quin ſepties in die tenean-
tur laudare deum. In modo autem dicendi
diſpenſare poteſt.

7 ¶ Utrum dimittens officium ex infirmitate
excuſetur.Reſpon.ſecundum Innocen.in.d.
c.i.q ſic. ſi eſt talis infirmitas in qua directe
vel occaſionaliter ſibi obeſſet vel obeſſe time-
retur ſi celebrationi intenderet. Dicit tamen
Panor.in.d.c.i. q ſi nocumentum eſſet leue
vtin febre quartana vel longa vel modica:nõ
excuſaretur ſi non diceret.

8 ¶ Quid ſi ex obliuione aliquam horam dimi
ſit.R.nõ credo ſit mortale peccatum.debet ta
men ſupplere quod omiſit:⁊ doleat de negli-
gentia ſua. Inno.autem in.d.c.i.videtur ſen-
tire q confeſſor poſſet ei imponere aliam pe-
nitentiam etiam ſi voluntarie dimiſit. lʒ con-
ſulat vt imponat q ſuppleat que omiſit niſi
quando videret non proficere. Sed hoc tene
de bono conſilio:⁊ qd confeſſor poſſit ei impo
nere aliud qd ſit ad laudem dei:puta.vij.pſal-
mos ⁊ hmõi.tenet Tho.in quoľ.⁊ Pe.de pal.
in.iiij.di.xv.etiam ſi dimiſit voluntarie.

9 ¶ Utrum non habens librum vel carens vi
ſu ⁊ huiuſmodi excuſetur: ſi non dicat horas.
Reſpon. q ſic.ar.cle.ſi. de vita ⁊ honeſta.cle.
dum tamen ſuppleat per pſalmos vel pater
noſter:⁊ huiuſmodi.

10 ¶ Utrũ prefati obligati ad horas peccẽt mor
taliť ipſas omittendo ex negligentia.R. Hen
ri.de ganda.in quoľ.tenet q peccat mortaliter
omittendo:niſi rõne infirmitatis vel alterius
cauſe legitime impediať. Riga. vo anglicus
in quoľ.dicit q ſi dimittat ex negligentia:non
auderem dicere q mortaliter peccaret.Si vo
ex faſtidio diuini cultus vel cõtemptu:ſic mor
taliter peccat. Credo etiam q conſuetudo in
huiuſmodi dimiſſione ſit mortale peccatum.
Hec Riga.que opinio eſt humanior.

¶ Utrũ clericus beneficiatus non dicens offi 11
cium teneatur reſtituere fructuſ quos interim
recepit ab eccleſia.R.Jo.cal.in.d.c.i.dicit q ſic
q propter officium datur beneficium:vt in.c.
diuerſis.de cle.coniuga.Et ideo cũ aliquid da-
tur propter cauſam: cauſa nõ ſecuta repetitur
ff.⁊.C.de condi.cauſa da.ca.non ſe.per totum.
Do.Car.tenet contrarium.⁊ Pa.dicit q pri-
ma eſt nimis rigida. Sed ego credo q lʒ ſit ri-
gida tñ eſt vera:⁊ ideo ſequenda. Et reſponſio
Pa.ad motiua Calde.nõ eſt valida:q lʒ denť
redditus vt viuat:vt dicit.c.dyaconi ſunt.xciij
di.⁊.c.ij.de preben.non quidem tamen ſimpli-
citer:ſed vt viuat ſm cultũ dei. ⁊ facit pro hoc
c.clericus victum.xci.di. arguendo a maiori.
⁊ hoc tenet etiam Lau.in clericis qui non im-
plent officia ſua:ſed voluntatibus vacant q te
nentur fructus reſtituere.

¶ Quid debeat dici pro hora.R.Car.in cle.i.d 12
cele.miſ. Lau.dicit q ſi eſt conſtitutio vel con-
ſuetudo illa ſeruet.xij.di.nouit. q nec hoc vel
illud dicere eſt in precepto:cum diuerſi diuerſa
dicant.de conſe.di.v.in die reſurrectionis. Ve
rum eſt q clerici ſeculares debent dicere ſm or
dinem romane eccleſie.dicto.c.in die.vel ſm ec
cleſiam metropolitanam.xij.di.c.ſi.nec repro-
batur vſus alicuius eccleſie antiquus ſʒ Lau.
vbi clerici ſunt cõtenti tribus pſalmis.lʒ eccl'a
romana vel metropolitana hoc nõ ſeruet. Se
cus eſſet ſi priuata pſona hoc ſibi faceret.Ad-
uerte etiã q dicit directoriũ li.i.ti.viij.q cleri
ci ordinati ad titulũ ſui patrimonij poſſunt di
cere quodcunqʒ officium volunt:q nõ obligã
tur ad iſtã vľ illã eccleſiã. In regularibus vo
dicit ſeruandã eoꝝ regulã vel ſtatutũ in hoc
xij.di.c.ſi.Et hoc verũ niſi ſint priuilegiati vt
clerici ⁊ religioſi q ſunt cõmenſales domeſtici
alicuius cardinalis ſeu epi grãʒ ⁊ cõmunionẽ
ſedis apoſtolice habentis qui licite ſe eis con-
formare debent. vt in cle.ſi.de cele.miſ.

¶ Quid de eo q ex diſpenſatiõe eſt bñficiatus 13

in duabus eccleſiis.R. q dȝ dicere officiū ſm illā ī quā tenet facere reſidētiā: q ſi ad nullius reſidētiā tenet. tūc credo q pōt ſe ꝯformare illi eccl'ie ī q̄ ſe repit officia celebrare. Si ꝟo dic ꝑ ſe tūc ſȝ Tho. in quolibet videt q debeat dicere ſm ordinē illius eccl'ie in q̄ hȝ maiorē dignitatē: q̄uis forte in alia hēat pingui⁹ bñficiū qd credo de bene eſſe. nō de neceſſitate fore verū: cū poſſit dicere qd vult. vt ſatis pȝ ꝑ nō. in c. i. de cele. miſ. ꝑ Inno. ⁊ alios doc.

14 ❡ Utrū peccet mortalit q ad libitū ſuū mutat offm̄ ꝯſuetū. R. credo q ſic ī clerico ꝓbēdato ⁊ religioſo. Sec⁹ ī alio ordiato ad ſuū p̄rimoniū

15 ❡ Utrū monach⁹ ꝑpoſit⁹ eccleſie ſeculari teneatur dicere offm̄ monachale. R. q ſi ꝑpetuo ē aſſūptus: ⁊ ſic tranſlat⁹. ſic cū nihil habeat cōe cū monaſterio. xvi. q. i. ne ꝓ cuiuſlibet. nā dicet monachale: ſȝ illius eccleſie ad quā tranſlatus eſt. ⁊ placet Jo. xvi. q. i. c. iij. ⁊ Hoſ. in ſūma de ſta. mo. ⁊ Mo. in ſum. eo. ti. Secus eſſet ſi non eſſet tranſlatus niſi ad tp̄s. q2 dȝ dicere monachale: ⁊ h̄ videt ſentire glo. in cle. ſi. de cele. miſ. Et facit tex. ibidem in argumentum.

16 ❡ Quid ſi dicendo officiū in choro cū aliis ex aliq̄ neceſſitate intermiſit pſalmū vel lectionē R. ſm Inno. in. c. dolentes. de cele. miſ. q non q nō tenet illud reaſſumere lȝ ſit cautius reaſſumat. dūmō nō ſubtrahat vocē ſuaȝ ab officio chori. imo pl⁹ dico q ēt ſi aliqd omiſit ex negligentia ſua. q nō dȝ ſupplere ſubtrahēdo vocē ab officio chori: ſed poſtea ſuppleat ſi aliquid notabile omiſit. Si ꝟo eſſet verſus vel qd minimū ſuppleat ꝑ aliquem pſalmū vel pater noſter. Idem dic ſm Henri. de gan. in quolibȝ q ſi qs nō ex malitia: ſed cū cā legitima nō interſit in principio officij vel fini q non oportet a capite reincipere vel finē perficere ꝓpter ꝑfectionē charitatis: qua vnū corpus reputant. ⁊ qd vnus dixit extimatur alter dixiſſe. Et hoc verū niſi chorus multū in principio ꝓceſſiſſet: vel multū de fine reſtaret. hec ille.

17 ❡ Utrū teneat qs dicere id qd ſȝ ꝯſuetudinē chori aliquis ſolus dicit vl' aſſociatus: qñ dicit officiū in choro. R. q nō ſm Pe. de pal. in. iiij di. xv. q2 id qd dicit vnus reputat dici ab oib⁹ qñ ex aliqua rationabili cauſa ita eſt conſuetū vt ſolus tale quid dicat.

18 ❡ Utrū dicens officiū ſi pretermittat vnā horā ex obliuione vel quid ſil'e. puta lectioneȝ vel pſalmū teneat iteꝝ reiterare totū. R. vt colligo ex doctrina Inno. vbi. ſ. ⁊ ſequit Landul. q n̄ ſed ſufficit ſupplere qd omiſſū eſt. Qñ q dimiſit hymnū vl' pſalmū primi nocturni cū aduertit: ⁊ eſt in. iij. nocturno. nō oȝ reincipiat diſturbando offm̄: vel q dixit tertiā ⁊ aduertit nō dixiſſe primā non oȝ dicat iterū tertiā. Sed poſt offm̄ ſuppleat omiſſū: ⁊ doleat de negligentia. Dicit Pe. de pal. vbi. ſ. q q notabilit male dixit offm̄: ſi vult euadere mortale dȝ redicere totū. Sȝ ſi modicū dimiſit: puta pſalmū vel ꝟſū vl' dictiōȝ tenet illud repetere p⁹ offm̄ vl' aliqd loco eius dicere: ſi vult euadere pctm̄ veniale.

❡ Utrū debeat dicere pr̄ nr̄ poſt horas. R. q ſic. poſt veſperas ⁊ matutinū. de cōſe. di. v. c. id ſemp. ⁊ de cōſuetudine dr̄ in fine oīm horaꝝ: q2 matutinū accipit ꝓ oī officio vſqȝ ad nonā ⁊ ꝓ veſpere oē aliud qd reſtat: vt pȝ ī. d. c. id ſemp. ⁊ c. conuenit. ibidem. 19

❡ Qua hora ſunt dicēde hore canonice. R. dñt dici tempore ſuo. ſ. matutinum in nocte: prima in ortu ſolis. Et ſic de ceteris: niſi ex neceſſitate vt hic. ī. dicam. 20

❡ Sed nunqd in ſero poterit qs dicere matutinū ſine pctō. R. vt ex p̄dictis pȝ. q ſic. ſi ex rōnabili cā facit. q2 ſm Tho. in quol'. Meli⁹ ē ſi deo debitas laudes p̄ueniendo reddam⁹ ⁊ alia honeſta officia poſtea faciam' q̄ȝ ſi ꝑ vnū aliud impediat. Secus eēt ſi faceret nō ex rōnabili cā: q2 ſic eēt pctm̄. ar. c. clericus. e. l. i. xci. di. 21

❡ Utrū ſit mortale pctm̄ nō dicere horis debitis ſine cā rōnabili. R. q nō. niſi qs faceret ī cōtemptū dei vel eccl'ie: cū nullū ius p̄cipiat q dicat horis debit'. niſi cle. i. de cele. miſ. q videt p̄ceptiua pp ꝟbū ſancim⁹. ſ. q offm̄ horis debitis ī cathedralib⁹ regularib⁹ ⁊ collegiatis eccleſiiſ deuote pſallat. Et iō credo q peccarēt mortalit p̄lati. ſi ī p̄fatis eccl'iis horis debitis nō facerēt dicere: ⁊ ēt illi q vl' ſūt bñficiati in p̄fatis eccl'iis vel ſubditi p̄latoꝝ regulariū: cū ipōnit eis a p̄latis ſi n̄ dicerēt. Nec accipias horā debitā ita ad punctū: ſed groſſo mō ⁊ largo: ſicut dicere matutinū in aurora vel q̄ſi cenſeat ī media nocte: ⁊ hmōi. al's āt a ꝑticularib⁹ ꝑſonis vl' in aliis eccl'iis a p̄dictis nō dicere horis debitis erit pctm̄ veniale ſine rōnabili cā. Ex cā ꝟo rōnabili ēt ī p̄dictis eccl'iis liceret. vt puta q2 ꝓceſſio eſt fienda vel p̄dicatio ⁊ hmōi. Et ꝓpterea preueniunt tempus debitum. 22

❡ Utrū matutinū ſit dicendū anteq̄ȝ miſſa dicatur. vide. ī. miſſa. §. xliij. 23

❡ Utrum idem ſit de prima. vide ibidem. 24

❡ Ubi dñt dici hore canonice. R. q in eccl'iis 25

+ presbiter de celeb[illegible]

vt nõ.gl.xcij.di.in.c.fi. Sed hoc intelligo q̃ ad clericos q in ipſa ſũt bñficiati pp̄ xp̃ũ poſitũ i.d.c.fi.eccl'e deputat⁹.ğ videt̃ cleric⁹ bñficiat⁹ q̈ peccet mortalit̃ ſine rõnabili cã ibi ñ dicẽs officiũ:q: dicit ibi tex.in.d.c.fi.q̈ q ñ ꝯuenerit deponat̃ a clero.⁊ q̃ ad eccl'ias collegiatas vel regulares.clarũ'eſt q̈ eſt de precepto:vt ibi dicat̃.vt p̄z in cle.i.de cele.miſ.nõ. Inno.in.c.i.ď cele.miſ.quo ad alias non credo.

16 ❡ Sed nũqd peccet totiẽs mortalit̃ quotiens ñ ꝯuenit cleric⁹ bñficiat⁹ vl'religioſ⁹ ad choꝝ ſine rõnabili cã.R.q̈ ñ credo.q: materia nõ videt̃ ita ponderoſa:ſ3 qñ duceret in ꝯſuetudinẽ vel qñ offm̃ eccl'e pateret̃ iacturã in celebratõe tũc nõ excuſarẽ a mortali. Et ſic limito ⁊ intelligo.d.c.fi.ex aliq̃ tñ rõabili cã:l3 p̄latis ⁊ alijs ſe abſentare:dũmõ offm̃ dicãt eũdo vel ſtãdo in domo ſua. Nec ob.c.ep̃s. de ꝯſe.di.iij. Q̃ȯ videt̃ innuere ſufficere ep̃o.ſi die dñico ad eccleſiã ꝯueniat.q: illud.c.nõ dat lnĩam abſentie ſed nõ vult vt ꝓ alia cã q̃3 infirmitatis ⁊ ſilis abſit dieb⁹ feſtiuiſ.Et q̈ alijs dieb⁹ debeat intereſſe facit.c.ꝑuenit ad nos.vij.q.i.⁊.c.ep̃s vilem.xli.diſ.ceſſante.intellige impedimento.

17 ❡ Quo ad attentionẽ ſeu deuotionẽ. Querit̃ vtrũ peccẽt mortalit̃ nõ dicẽtes offm̃ deuote ⁊ ſtudioſe.R.glo.in cle.i. in verbo fruct⁹. de cel. miſ.t3 q̈ ſufficit dicere ore:l3 nõ corde.Et cũ ca ꝯcurrũt multe canoniſte in.c.dolentes.de cele. miſ.Alij ãt tenẽt q̈ ẽ de p̄cepto vt dicat̃ deuote ⁊ ſtudioſe p.d.c.dolenteſ.Vt ſic deuotio denotet attẽtionẽ:⁊ ſtudioſitas modũ dicẽdi.S3 tu dic ſm̃ Pe.de pal.in.iiij.di.xv. q̈ attentio ad officiũ ſicut ad qȯlibet bonũ opus põt reqrĩ duplex. Primo vt offm̃ ab intẽtiõe ꝓcedat. ⁊ iſto mõ attentio reqrit̃ ad officiũ.nõ ſolũ ꝓpt̃ meritũ:ſ3 ẽt ad euitãdũ pctm̃:q: nullũ opus ẽ meritoriũ niſi ex intentõe ꝓcedat. alit̃ nõ eſſet humanũ:cũ hõ ſit hõ p rõnem ⁊ volũtatẽ.Similit̃ ad euitandũ trãſgreſſiones p̄cepti:q: p̄ceptũ dat̃ hoibus.Et iõ o3 q̈ nõ ꝓcedat ex ſola imaginatõe q̃ cõis eſt nobis ⁊ brutꝭ.S3 ex deliberatõe q̃.reqrit attentionẽ.Scdo mõ vt totũ offm̃ attentio ꝯcomitet̃ actualit̃⁊ hoc nõ reqrit̃.nec in officio nec in alijs bonis orõnibus vl'opib⁹:q: ẽ ĩpoſſibilil' hũani fragilitati.Reqrit̃ tñ q̈ orãs ſcient̃ nõ diſtrahit mẽtẽ ab offo q: h nõ poſſet eſſe ſine mortali pctõ vel veniali Nã euagatio q̃ ẽ p̄ter intẽtionẽ ⁊ pp̄ p̄cedẽtẽ occupatõe3 licitã nõ eſt pctm̃.Sec⁹ ſi pp̄ illicitã.Sed euagatio q̃ eſt aduertentis ⁊ ſolu3 ſm̃ actũ interiorẽ:l3 ſit temeraria ⁊ grauis forte:ñ tñ eſt mortale niſi pp̄ ꝯtẽptũ:q: eccl'a nõ h3 iudicare de interiorib⁹ actib⁹ mere pp̄ qȯ miſter eccl'ie l3 dicẽdo offm̃ aliud cogitet:ñ videt̃ trãſgreſſor p̄cepti ex natura facti.Si ãt euagatio mẽtis ſit ex h q̈ aliqs ſcient̃ ſe occupat in actu exteriori q nõ ſecũ patit̃ attentionẽ:ſic videt̃ cẽ mortale pctm̃ ⁊ directe ꝯ p̄ceptũ.c.dolentes.ď cele.miſ. vbi p̄cipit̃ vt ſtudioſe parit̃ ⁊ deuote dicat̃.h nõ obſeruant q occupantes ſe in actu exteriori ſcient̃ ſibi attentionẽ ſubtrahũt. Idẽ Tho.i.iiij.di.xv. dic̃ q̈ qñ aliqs mẽtẽ ex ꝓpoſito diſtrahit ad alia ĩ orãdo:ſine culpa nõ ẽ:⁊ p̄cipue ſi in alijs ſpõte ſe occupat q̃ mẽtẽ diſtrahũt:ſic̃ ſũt extiora opa.Et ſi mens ad ꝯriũ euaget̃:erit culpa mortalis.Si ãt ſine h q̈ ꝑcipiamus:mens ad alia euaget̃:vel culpa caret: vel ꝑuiſſima erit:niſi p̄cedẽs cogitatio:ex q̃ ꝯtigit euagatio talis eſſe dicat̃ in culpa.hec ille. Et h tenes limitando tñ dictu3 Tho. verũ quo ad orõnem que eſt de precepto:ſic̃ ẽ offm̃:⁊ hmõi nõ ãt q̃ ad orõnẽ q̃ ex deuotiõe eſt ⁊ volũtate ſolũ. Aduerte tñ ſm̃ Tho.xxij.q.lxxxij.ar.i. q̈ deuotio nihil aliud eſſe videt̃: q̃3 volũtas q̃dã ꝓmpte ſe tradẽdi ad ea q̃ ꝑtinent ad dei famulatũ. Silr̃ attẽde ſm̃ Tho.in.iiij.di.xv.q̈ reqrit̃ur q̈ attẽtio remaneat in orõne:nõ p eſſentiã actus:nec ſufficit q̈ ſit in habitu ſolũ:ſed q̈ ſit ſm̃ virtutẽ q̃ ẽ mediũ qd inter p̄dicta duo. Et tũc videt̃ manere ſ3 virtutẽ:qñ accedit ad orõnẽ cũ intẽtiõe aliqd impetrãdi vel deo debitũ obſequiũ reddẽdi.ẽt ſi i ꝓſecutõe mens ad alia rapiat̃:niſi tãta ſit euagatio q̈ oĩno depeat vis prime itẽtiõis. Et iõ o3 q̈ ſepius hõ cor reuocet ad ſeip̄m. Et ex his p̄3 qd tenẽdũ de ꝯfabulãtib⁹ ⁊ al's diſſolutões faciẽtib⁹ ĩ offõ. aut ipſũ dicẽtib⁹ faciẽdo aliqȯ exercitiũ manuale:qȯ bene nota. Et ſm̃ predicta intellige ⁊ limita. d.c.dolentes.⁊ doc.ibidem.

❡ Vtrũ clericus cãtãs i eccleſia offm̃ diuinũ vt placeat populo peccet.R. Pa.i.c.vt quiſqs de vita ⁊ hone.cle.q̈ ſic grauit̃. Vnde dicit Iſido. Deu3 moribus ſtimulat qui populũ vocibus mulcet. Facit qȯ dr̃ ⁊ notat̃.xcij.di.c.i.⁊.ij De quo tamen vtrum ſit mortale vel veniale vel nullum. Dic vt.j. Placere. 28

HOnor future vite eſt filia luxurie inq̃3tum reputat bonũ eternũ vt bonum arduũ:q: propter delectationes venereas non appetit:imo faſtidit bona eterna ac ſi nõ eſſent ardua ⁊ ſũma.

**HOſpitale** qđ alio vocabulo dr̃ ſinodochiū: ali
ud dr̃ r̄ligioſū: aliud nō religioſū. Ho
ſpitale religioſū dicitur quādo auctoritate epi
ſcopi edificatū eſt. c. ad hec. de religi. domi. ⁊
tūc pertinet ad ipſum epiſcopū: non vt diſpo/
nat đ redditib⁹ ad libitū: ſed vt ordinet vt diſ
pēſent ad vſū deſtinatū. ar. cle. q̄ꝛ contingit.
de reli. do. Hoſpitale qđ nō eſt religioſum eſt
illud quod ſine auctoritate epi cōſtructū ē: nec
epiſcopus pōt ſe de eo intromittere. ſed patro
nus q edificauit ad libitū diſponet: vt in. c. inter
dilectos. ⁊ ibi p Inno. de dona. Et q̄ꝫuis eps
exercuerit ibi vnū ius epiſcopale: nō pōt tñ p
hoc alia exercere ſm Fede. conſi. xxv. quia de
poſſeſſione vnius articuli non eſt inferēdum
ad alios articulos: vt in. c. cū contingat. de de/
ci. Nec obſtat c. primū. de reli. do. q̄ꝛ locus de
quo loqtur neceſſario debebat eē ſubiect⁹ ali
cui epiſcopo. ⁊ ideo preſumitur pro eo qui exer
cuit vnū ius in eo. Simile infert Jo. an. in re/
gula. quod alicui. lib. vi. i mercurialibus qđ pa
tronus qui exercuit ius preſentādi. alio nō ap
parēte preſumitur patronus ex quo ius patro
natus ad aliquē debet pertinere ⁊ alius nō ap
pareat. niſi iſte q exercuit actus patroni: nō ſic
in caſu noſtro: q̄ꝛ hoſpitale neceſſario nō eſt re
ligioſum: vt patet. Limita tamē hoc verum: q̄
epiſcopus nō poteſt ſe itromittere quādo nō
eſt religioſum. ſm Pa. in. c. i. ⁊. c. de ſinodo/
chijs. de reli. do. verū niſi patronus qui ipſuꝫ
edificauit eſſet mortuus: q̄ꝛ tunc ad curam epi
ſcopi pertineret vt voluntas defuncti pia mā/
daretur executiōi: vt videtur tex. in auten. đ ec
cleſi. titu. §. ſi quis edificatione. ⁊. §. ſeq. Unde
lꝫ talis locus nō teneatur epiſcopo reſpōdere:
in epiſcopalib⁹ tamen epiſcopus curam habe
re poteſt ex quo pius locus eſt. Quod verū ē
niſi teſtator qui ipſū edificauit aliter expreſſe
diſpoſuiſſet: q̄ꝛ illud ſeruanduꝫ. vt in dicto. §. ſi
quis. Ex quo patet q̄ quilibet poteſt hoſpitale
edificare etiam cum oratorio. ſm Hoſtien. ⁊
Panor. in dicto. c. ad hec. ſine alia auctoritate
Sed i oratorio non poteſt celebrari ſine licen/
tia epiſcopi. de conſecra. diſt. i. c. unicuiqꝫ. ⁊. d.
c. inter dilectos.
1 ¶ Quis poteſt preficì p rectore hoſpitalis. R
Pa. in. d. c. de ſinodochijs q̄ religioſi nō poſ/
ſunt deputari niſi talia hoſpitalia habeant cu
rā animarꝫ: vl' niſi hoſpitale eſſet ſubiectū mo
naſterio: ⁊ monachus deputaret per abbatem
tanq̄ꝫ obedientiari⁹ ſm Fede. cōſi. clv. Clerici
ſeculares poſſūt eſſe rectores. ſed non poſſunt
habere in titulū beneficij. vt in cle. q̄ꝛ contin/
git. de reli. do. ⁊ cle. per litteras. de preben. Lai
ci omnes poſſūt inſtitui rectores: dūmodo ſint
viri idonei ⁊ prouidi ⁊ boni teſtimonij: q ſciāt
velint ⁊ poſſint loca ipſa ⁊ iura eorū vtiliter re
gere: vt in cle. predicta. quia contingit.
¶ Quid debēt facere p̄dicti rectores. Reſpon. 2
q̄ debēt ad moduꝫ curatorum ⁊ tutorum iu/
ramentū preſtare ac inuentarium facere de bo
nis ipſorū locorū ⁊ annuatim reddere ratio/
nem ordinarijs ſub quib⁹ ſunt vel ab eis depu
tatis: alioquin collatio: puiſio: ⁊ ordiatio tali/
um eſt nulla ipſo iure. vt in. d. cle. q̄ꝛ cōtingit.
Uerum q̄ꝛ nō extenditur hoc ad hoſpitalia mi
litariū ordinum aut aliorū religioſoꝝ. Preci/
pitur tamē omnib⁹ rectoribus ſub obteſtatō
ne diuini iudicij ⁊ per obedientiā vt redditus
in vſus pauperū conuertant ⁊ non in alios. re
ctores tamen militariū ⁊ religioſoꝝ hoſpita/
lium ſufficit puideāt ſm eorum ordinum in/
ſtituta ⁊ antiquas obſeruātias pauperib⁹. qđ
eſt limitandum qñ quod ſupereſt exponūt p
fide vel pie. al's nō excuſantur ſi male expen/
dunt in nō pios vſus: q̄ꝛ negari nō poteſt: qn
tales redditus ſint inſtituti propter pios vſus
¶ Quid de adminiſtratiōe ſacramentorum ⁊ 3
celebratiōe in ipſis hoſpitalibus pauperibus
ibidē. Reſpon. q̄ debet ſeruari antiqua con/
ſuetudo quo ad exercēda ⁊ miniſtranda ſpiri
tualia ſupra dicta. vt in. d. cle. q̄ꝛ contingit.
¶ Precipit omnib⁹ ad quos de iure vel cōſue 4
tudine vl' ſtatuto vl' priuilegio ptinet cura ho
ſpitaliū q bona depdita alienata indebite in
ſtatū debitū reducāt ⁊ reforment vt rectores
iuxta facultates prouētuū inſiſtāt ſuſtētatiōi
⁊ receptiōi miſerabiliū perſonarū. In quo ſi
negligētes fuerūt ordinarijs iniūgitur: vt ipſi
ſi nō ſunt exempta auctoritate propria. Si ve
ro exempta ſūt auctoritate apoſtolica compel
lant ad predicta facienda per cenſuram eccleſi
aſticam compeſcendo tā eoſdem q̄ꝫ quoſcūqꝫ
ꝯtradictores cū dantibus auxiliū ꝯſiliū vel fa
uorem. Non obſtantibus quibuſcunqꝫ priui
legijs quo ad hoc. d. cle. quia contingit.

**HOſpitalis** quomō debꝫ eſſe cleric⁹ vide ſupra
Clericus. iij.

**HOſtiarius** dr̃ idē qđ ianitor nā i veteri teſtō.

p̄mi paralipo. v. Poſtiarij electi ſunt ad cuſto
diā templi vt nō ingrederet̄ in illud imundꝰ
ſpūs in oi re. Vñ hoſtiarij dicti ſūt eo q̄ p̄ſint
hoſtijs tēpli. Ipſi eni tenētes claues oia intꝰ
extraq̄ʒ cuſtodiūt atq̄ʒ iter bonos ⁊ malos ha
bētes iudiciū fideles recipiūt ⁊ infideles abij-
ciunt. xxi. di. cleros. in fi. ⁊. xx v. di. perlectis

**Hoſti** ſeruāda ē fides ꝓmiſſa. xxiij
q. i. noli. ⁊. xxij. q. iiij. innocēſ
Qd̄ limita. vt. j. Iuramentū. v. §. xvij.

**Humilitas** vera requirit tria
Primū ſui ipſiꝰ
nihilationē. hoc eſt q̄ reputet ſe oibus
viliorē. Et lʒ cognoſcat ſe habere aliqua dona
dei que alij non habent. tanto magis debet in
ſe vileſcere cogitans q̄ ſi deus talia alijſ dediſ
ſet gratiores deo eſſet q̄ʒ ipſe. Et ſic cum veri-
tate poteſt ſe exiſtimare viliorem omnibus ⁊
magis ingratū. Et hoc eſt quod volunt dicere
Bedda in omel. ſabbati tertie dñice quadra-
geſime. Cū alium inquit peccantē conſpicimꝰ
mox aium deorſum inclinemus. ⁊ q̄ʒ abiecti ex
nr̄a fragilitate ſumus. ſi nos diuina pietas nō
ſuſtētet humiliter inſpiciamus. hec ille. ⁊ Io.
xiij. Cum feceritis hec oia dicite: q̄ꝛ ſerui inu-
tiles eſtis: quaſi dicat ex conſideratione humi
li obligationis quam habemus: q̄ꝛ cuʒ augent̄
dona rationes etiam creſcunt donoꝝ. Scd̄m
promptam aliorum obtemperationē. Vñ de
tenen. c. niſi cum pridem. tunc veram humili-
tatem oſtendis cū p eam locum ſublimeʒ effu
gies. ⁊ tñ p obedientiam non dimittes. Nam
vera humilitas facit vt quiſq̄ʒ magis alijs d̄
ſe credat q̄ʒ ſibi ipſi: q̄ꝛ dicit Gre. ſi ſe meliorē
alijs non crederet nequaq̄ʒ alioꝝ conſilia ſue
deliberationi poſtponeret. Et hoc verū in oi
dubio q̄ potius debet alijs credere q̄ʒ ſue opi
nioni. ſecus in alijs. Tertiuʒ qd̄ requirit humi
litas eſt: vt dona dei que in ſe habʒ abſcondat
⁊ ſe ſolum vilem ab extra demonſtret: niſi in-
quantū honoꝝ dei ⁊ bonū proximi aliud reqrit
Nam non eſſet humilitas qñ pro ſalute proxi
mi ⁊ ad edificationem aiarum poſſet oſtende-
re ⁊ predicare dona dei que habet ſi ea occulta
ret. q̄ꝛ dr̄ Matth. v. Luceat lux veſtra ⁊c̄. Nō
tamen debet magis vileſcere in apparentia q̄ʒ
importet conditio ſua ⁊ qualitas reſpectu eo-
rum cū quibꝰ viuit: q̄ꝛ ſic potius eſſet ſuperſti-
tio q̄ʒ humilitas. xli. di. c. quiſq̄s rebus. in p̄n.

**Iactantia** ꝓprie importat q̄
hō verbis ſe extol-
lat ſcd̄m Tho. xxij. q. cxij. ar. i. Et patet ex
c. imitare. vi. q. i. Et procedit ſm̄ Grego. in li.
xxiij. moraliū. Aliqñ ex ſupbia ſicē a cā interius
motiua: q̄ꝛ ex hoc q̄ quis p arrogantiā interiꝰ
ſupra ſe eleuat̄. plerūq̄ʒ exteriuſ maiora quedā
de ſe iactat. Et propterea ponit̄ a Grego. ibi
dem. Tertia ſpecies ſuperbie: lʒ non ſit idē qd̄
ſupbia: ſed eſt tanq̄ʒ a cā impellēte. Aliqñ xo
ꝓcedit ab inani gloria. ſicut a cā finali inquā-
tū. ſ. iactator intēdit: q̄ p ſuaʒ iactantiā gloriā
ꝯſequet̄. Et iō ponit̄ ēt a Gre. filia inaniſ glo
rie ratōe finis. vt not. Alex. de ales. xxij. ti. co.
